aut proprium non sicut per alterum ibi dicitur
dictus quod assignatur filio. Tamen tamen
ratio convenientis quam ratio proprium ap-
propriatur patri non quod filio. pro quo dicendum
quod proprium tenetur essentialiter ibi sed
dicitur in littera. sed tractum est ad per-
sonam filii. sed quod obicitur quod appro-
priatur patri. dicendum quod proprium de conve-
nienti nomine non appropriatur filio nisi
per additionem et in proposito quod appro-
priatum ubi non enim dicitur sim-

plicitur ego principium. sed ego principium
qui et loquor vobis. Queritur
de hoc quod dicit quod non est conveniens
quod filius habeat principium omni et filius
est principium sui et filius sit principium
de principio. videtur enim debere concedi
quod omne relativum debet habere corre-
lativum sibi respondens. ergo si sit omni dicitur
principium de principio dicitur relative debet
habere correlativum quod est principium. pro quo dicendum
quod habere principium est duplex. aut sic
correlativum sic filius dicitur habere principium
et filius est principium. aut sic disposi-
tionem sui. et dicitur habere principium quod
incipit esse. et filius non habet
principium et quod non incipit. vel aliter
est habere principium convenienti et durandi
principium. filius habet principium secundo modo non

unt em quedam qe

d xxx

ex tempore de deo dicuntur. Dis-
tinctio ista de relativis que
conveniunt deo ex tempore et essentialiter
hic agit de hiis que conveniunt
deo temporaliter et quaeter. et habet hec pars
duas. in primo magister agit de relativis
que ex tempore de deo dicuntur in 2a de
hiis que pluribus personis conveniunt
sed tamen assignari possunt ut filius et spiritus
ista ratione xxxi potest assignari oportet
enim tres partes. prima pars habet quatu-
or partes. in prima ostendit aliqua no-
mina dici de deo ex tempore exemplificando
de pluribus. in 2a quia quomodo videbatur
inconveniens de hoc nomine dominus oppo-
nit et solvit ibi Si hoc aliquis
dicat quod non ex tempore. in tercia vero quia
quedam videbatur falsum quod aliquid ex
tempore dicitur de deo et ideo movet
et solvit ad dubium ibi Nunc quo
obstinebimur vel similiter actus. in quarta
vero ex proprietate fide solvit quoddam

Dubium in precedentibus questionibus ibi
tunc potest solum questio superius proposita

Ad intelligenciam certam que dicuntur
in hac racione tria considerantur
Primo utrum aliquid dicatur de deo ex
tempore. 2o dato quod sic qualiter
utrum ea que dicuntur de deo ex tempore
dicuntur per se vel per accidens. 3o utrum
dicantur secundum rem an secundum relacionem.
Quod autem dicantur aliqua de deo
ex tempore ostenditur sic. Non est dominus
nisi habeat servum sicut dicit augustinus; sed
deus est dominus et non habuit ab eterno
servum; ergo ex tempore ergo etc. Item actioni
respondet passio ita quod sunt simul; sed
deus creat; ergo aliquid creatur; sed non
creatur aliquid nisi ex tempore; ergo non creat
nisi ex tempore ergo etc. Item nulli convenit
esse hominem nisi ex tempore ex quo est creaturam
habens principium; sed deo convenit esse ho-
minem; ergo ex tempore. Item sicut se habet
temporale ad temporale ita eternum ad eternum
quia unitatis proportione sicut se habet
quod est de temporali ut cum dicitur petrus
est predestinatus ergo et temporale potest dici
a de eterno. Contra omne temporale est creatum;
sed deus est increatus et increatum
est summa distancia; sed illorum inter
que est summa distancia unum non
predicatur de altero ergo etc. Item omne temporale
est mutabile et variabile; sed omne id
de quo predicatur mutabile. Contra ipsum
est mutabile tunc igitur deus non est mu-
tabilis et variabilis patet etc. Item nichil
eternum est ex tempore; sed omne quod predicatur
de deo est deus et ita eternum; ergo nichil
tale potest dici ex tempore. Item omne quod est ali-
quid ex tempore incepit esse aliquid quod non
erat prius et omne tale mutabile
ergo nichil tale est in deo ergo etc. Dicendum
quod non predicatur aliquid de deo
ex tempore predicatione per essenciam vel in-

herenciam sed per causam que non
ponit aliquid in deo sed in effectu.
Cum enim dicitur deus est creator hoc
dicitur ex tempore et non per causam ergo racio
illa nulla. Predicacio enim quod dicitur
de aliquo per causam de quo est per essenciam
nec per inherenciam ergo etc. Item quod
dicitur de alio per causam potest inferri per
modum habitudinis causalis ut dies
est sol lucens super terram ergo dies
est a sole ergo si per causam deus est creator
pari racione deus a creatura vel
[illegible]. Item quod predicatur solum per causam
non est idem illi de quo predicatur
sed cum sit deus creator [illegible]
est deus ergo non potest per causam. Item
cum sit deus dominus domus non sit
aliquid genus [illegible] et hoc dicitur de deo
ergo predicta responsio non est sufficiens.
Respondeo dicendum quod aliquid dici ex tempore est
dupliciter aut quod ipsum est temporale aut
quod dicit respectum ad temporale. Primo
nichil potest de deo per essenciam vel
per inherenciam sicut probant quatuor ra-
ciones ad hoc adducte. Predicatur
tamen per causam ut si dicatur deus est
spes mea vel per unionem ut si
dicatur deus est homo et hec non
ponit mutacionem vel esse temporale circa
deum sed creaturam. Alio modo dicitur aliquid
ex tempore eo quod de racione sui nominis
dicit comparacionem ad temporale ut dominus
vel creator; sed tamen de sua principali
significacione importat essenciam nam
dominus importat dominium quod est potestas co-
hercendi subditos et hec est divina
essencia [illegible] significat in recto
ad creaturam et ita connotat eternum
et temporale [illegible] ergo quod implicat
in se contingens et necessarium denotatur

totum contingens. Similiter quod eternum et temporale totum denominatur temporale propter naturam totius copulati, quod constat ex parte et plus ex utraque parte vel pro altera. Sic etiam quod etiam dicuntur ex tempore non ratione principalis significati sed ratione connotati in creatura. Et per hoc patent quatuor argumenta sequentia. Concedendum est enim quod non omne quod ex tempore dicitur de deo dicitur per essentiam, sed vel dicitur per causam vel per modum, ut per quandam comparationem ad temporale. Et patent omnia. Ad id ergo quod obicitur quod temporale est creatum et mutabile, dicendum quod loquendo de temporali primo modo et hoc non dicitur de deo nisi per causam vel per modum. Ad id quod obicitur quod omne quod praedicatur de deo est eternum, dicendum quod hoc est duplex, quia eternum potest teneri adiective vel substantive. Si adiective sic falsa est. Ad eum [illegible] dicitur de deo tamen creatio non est eterna. Si substantive vera est et sensus: omne quod praedicatur de deo est aliquid eternum, non tamen sequitur ergo eternum, immo est ibi fallacia accidentis, sicut hec creatio est deus, et deus est eternus, ergo creatio est eterna. Vel et in praedicato aliquid, id est quod est eternum ratione principalis significati, id est quod est aliquid eternum ratione connotati dicitur temporale. Ad id quod obicitur quod illud quod de ex tempore incipit deo esse, dicendum quod id non est in deo, sed mutatio aliqua fit in ipso, sed in creatura, et illud determinatum est supra [illegible].

Secundo queritur utrum que dicuntur de deo ex tempore dicuntur per se vel per accidens. Et quod sint accidens videtur: hoc enim Augustinus V de Trinitate, et dicitur in libro quod dominus esse [illegible]

nus ex tempore accidit ei. Item hoc ipsum videtur ratione quia omne quod adest et abest praeter eius de quo dicitur corruptionem praeter sunt accidens, hoc est per se; non sed omnia hec que temporaliter dicuntur de deo sunt huiusmodi, ergo etc. Item quod praedicatur per se de aliquo semper inest illi, ergo ad oppositum quod praedicatur de aliquo et non semper inest, praedicatur non per se, ergo per accidens; sed talia sunt huiusmodi, ergo etc. Item quod praedicatur per se de aliquo sic inest illi, ergo ad oppositum quod praedicatur de aliquo et non sic inest, praedicatur non per se, ergo per accidens; sed talia sunt huiusmodi nomina, ergo etc. Item omne quod praedicatur de aliquo aut est convertibile cum subiecto aut de ratione subiecti aut praedicatur per accidens; sed huiusmodi nomina nec sunt de ratione dei nec convertibilia, ut patet de hoc nomine dominus de deo, ergo etc. Contra Augustinus V de Trinitate: nihil secundum accidens dicitur de deo. Item ostenditur ratione quia in quo omne est praeter accidens et praeter compositionem et aliquis varietatem, sed nullus est in deo, ergo etc. Item omne per accidens reducitur ad per se, sed reductio est posterioris ad prius, non quod deus dicitur non esse prius, nec simpliciter, ut sunt quod ergo nihil dicitur de deo secundum accidens. Item omne quod dicitur de duobus, de uno per se, de alio per accidens, posterius non dicitur de eo de quo dicitur per se, sed quicquid dicitur de deo dicitur perfectissime, ergo nihil dicitur de deo secundum accidens. Item omne quod dicitur de duobus, de uno per se, de alio per accidens, posterius non dicitur de eo de quo dicitur per se, sed quicquid dicitur de deo dicitur perfectissime, ergo nihil dicitur de deo secundum accidens, ergo huiusmodi.

nomina non dicuntur de deo per actus
quam per se. Secundo dicendum quod dici secundum acci-
dens est tripliciter. Uno modo accidens
dicitur per oppositum ad substantiam, et sic dicitur
accidens perfectus alicui inherens quod non
est de rei essentia. Et hoc quidem modo
non dicitur de deo secundum accidens sicut dicit
Augustinus, eo quod hoc modo accidens ponit
compositionem et varietatem in eo de quo
dicitur. Alio modo dici secundum accidens est per
compositionem ad per se, et sic dicitur secundum accidens
aut quod dicitur per accidens in essentia ut si di-
citur paries disgregat, aut per
aliquid quod est quodam modo ibi extra
modo diuisio ut puta cum dicitur de su-
periori per inferius ut figura habere
tres vel de inferiori per superius ut
ysosceles habet tres. Hoc modo non
est ad dici de deo secundum accidens,
hoc enim dici per accidens ponit in
aliquo posterioritatem et imperfectionem
sicut ostendunt rationes ad hoc in-
ducte. Deus autem nichil habet in-
perfecte, nichil habet ab alio quod sit
omnino ab eo nec a superiori neque ab in-
feriori quia hec non cadunt in deo.
Tercio modo dici secundum accidens est per
oppositionem ad unum ut illud dicitur
accidens quod unitio non inest. Et hoc
modo hoc dicuntur de deo secundum acci-
dens quia non dicuntur de ipso unitio
sed dicuntur de ipso per se quia per re-
lationem ad creaturam, comparatur enim
ad creaturam per se est quia deus est
sua actio. Secundum unum quod deus agit per
voluntatem que non semper nec de
necessitate coniuncta est actui. Tercio
non est natura et quid ad hoc ce-
dit ibi ratio dicendi secundum actus
vel hoc modo dicendi per actus.

opponitur per se in creaturis. Ratione est
quod ad dici per se sequitur unum in crea-
turis in deo autem non. Cum idem
seipso sapit et voluntate sapit et
ideo in deo non est oppositio ad per
se. Rationes quod ostendunt quod non di-
cuntur de deo secundum actus procedunt secundum
primam et secundam acceptionem. Rationes autem
obiecte quod esse diuinum accidit sicut in-
telligendum est id non unitio nec se-
quitur. Ad id quod obicitur quod absunt per
temporalem. Dicendum quod ista diffinitio est
accidentis secundum quod ad esse est per inheren-
ciam. Secundum sic non conuenit. Dicendum ut
visum est secundum solum creaturas. Ad 3m
dicendum ut visum est secundum solum creaturis.
Ad id quod obicitur de per se. Dicendum
quod loquitur de per se in creaturis ad
per se enim in creaturis sequitur unum
sed non sic in deo.

Circa quintum vtrum ea que sic
dicuntur de deo quod tempore dicuntur
secundum substantiam an secundum relationem que sit
vera relatio. Et quod secundum relationem vi-
detur hoc modo. Sicut pater seipso generat ita
seipse creat. Tamen seipso generat
generatio et paternitas dicitur vere in ipso
secundum relationem. Ergo pari ratione cum ipse
seipso creet et ducet. Item quod sunt ad
alterum dicuntur realiter relatiue, sed
huiusmodi nomina aut per se dicunt diuinam
substantiam aut superaddunt aliquem re-
spectum. Si primo diuinam substantiam
dicunt, secundum substantia est eterna et ab eter-
no. Ergo dicuntur de deo ab eterno,
quod falsum est. Ergo superaddunt aliquem
respectum. Ergo relationem. Si dicas
quod non addunt respectum secundum rem
sed secundum modum. Contra. Cum illi modo
respondet aliquid in re aut non. Si ad

in re. ergo realiter dicuntur relative. Si nichil, ergo falsus est modus intelligendi et inconveniens modus dicendi. Iterum sunt quedam relativa secundum esse, quedam secundum dici, sed in relativis secundum dici est modus rei. In relativis secundum esse est relatio respectus. sed dicunt quod omnia sunt relativa secundum esse. ergo utrumque importat respectum non tantum secundum modum sed etiam secundum rem. ergo etc. / Iterum dicimus dictum de deo ita bene dicit super ponentem sicut dictum de creatura. sed ita ergo super respicio (?) aut potest in deo aut in creatura. non in creatura quia sic idem sibi super poneretur. ergo ponetur in deo. ergo super quod est res relata. ergo etc. Item cum dico deus creat, hoc continet duplex, scilicet esse ad effectum et quod causat. ergo utrumque est in creatura aut utrumque in deo aut unum in deo, aliud in creatura. non sic, quia impossibile est utrumque esse in deo, quia deus non est effectus, et similiter in creatura quia creatura non est sui causa. ergo relinquitur quod aliud in deo. ergo etc. Item cum dico deus creat, deus verissime est causa. et si vere non ponit realem relationem, similiter nomina dicta de deo ponunt realem relationem. Secundum quod in talibus et causis non reperimus respectum (?). ergo videtur sit tantum perfectissima creature non refertur ad creatorem. scimus quod scientia refertur ad [illegible] ipsum / Item philosophus dicit quod scientia secundum esse refertur ad scibile sed non convertitur. ergo similiter est dependentia dei ad creaturam quia scibilis ad scientiam. ergo nulla est relatio in deo / Ad rationem (?) [illegible] nomina si dicunt relationem [illegible] aut [illegible] est parte

divina essentia, aut ad superadditum superiore dei essentia. ergo eiusdem quod quod relatio huius nominis est eiusdem. ergo de necessitate dicuntur ab eterno. si autem dicunt aliquid super additum, ergo in deo est aliqua compositio / Iterum omnis relatio dicit dependentiam vel saltem ordinem et convenientiam ad id respectum [illegible]. sed deus non ordinatur ut terminatur. ergo nichil dicitur de deo relative respectu creature / Respondeo ad hoc intelligendum est quod dicere secundum relationem est duplex, aut secundum rem aut secundum modum. realis autem relatio triplex est. aliqua enim fundatur super perfectione (?) [illegible] et similitudo in duplici albedine. aliqua super dependentiam causalem sicut respectus vel relatio materie ad formam, ita sicut dicunt philosophi, una hoc [illegible] quod est ad aliud etc. / aliqua super originem naturalem sicut effectus ad causam et filius ad patrem. prima relatio non potest esse in deo quia in deo nulla est perfectio accidentalis. secunda non potest esse in deo quia nulla in deo est dependentia. tertia est in deo sed non respectu creature sed respectu persone. hoc enim non dicit compositionem nec dependentiam inclinationem (?) sicut prima et secunda, sed ponit distinctionem et ordinem, et quam unam persona ordinatur ad aliam et convenientiam habet, et aliud (?) [illegible] rem se habet ad unam quam ad aliam. ideo hec relatio est in persona rei (?) [illegible] sed non rei creature. nam deus ad creaturam non habet ordinem nec habet aliud et aliam convenientiam [illegible] nullo modo realiter est in deo relatio respectu creature. creatura autem ad deum habet ordinem et convenientiam mediante perfectione accidentali et dependentia causali

et origine naturali ideo secundum modum
refertur creatura ad deum. quando igitur
intellectus sic eum intelligit ad refer-
ri ad deum intelligit et id comparari
ad aliud. ideo intelligit deum per
modum relativi et relacionis. cui relativi
in deo nichil videtur divina essencia.
quod ex parte autem creature videtur. et ideo non
est vanus intellectus. ergo quod huiusmodi no-
mina dicta de deo non important re-
lacionem in deo secundum rem sed solum
secundum modum intelligendi. Ex hiis pa-
tent questita. Racio enim obiecta
de principio dicendum quod non est simile. quia
patris ad filium est ordo et habitudo.
et alia habitudo quam ad spiritum sanctum. deus
autem sicut dictum est primus. non est ordine
nec aliqua habitudine. non posterior
causa. cum non se habet ad alia. quamvis
alia alio et alio modo se ha-
beant ad ipsam. et in xi prime philosophie
dicit quod primum et summum bonum non
ordinatur ad hec creata. Ad aliud
quod obicitur si non dicunt relacionem
ergo pure substanciam. dicendum quod pure non
dicunt substanciam secundum rem sed
relacionem secundum modum intelligendi.
In creatura vero secundum rem. et quando ob-
icitur quod vanus est intellectus
dicendum quod falsum est quia intellectus fun-
datur super deum scilicet super relacionem
creature cui videtur relacio secundum di-
ci in deo. Ad id quod obicitur quod quedam
sunt relativa secundum esse etc. dicendum quod
quedam sunt relativa secundum esse ex
parte alterius ut scibile et scientia et men-
suratio et mensura sic in proposito.
Ad id quod obicitur quod deus dicit sup-
posicionem et similiter creator causalitatem
dicendum quod suppositio in deo est ve-
ra suppositio et non causalitas quia nec

alii supponitur deus. et vere efficit
tamen illa suppositio non est vera
relacio. similiter nec causalitas. sed est
vera divina essencia quia se ipsa supponit
et efficit. Ad aliud quod obicitur quod est
ibi respectus effectivus ibi est vere
respectus et vere relacio. sed respectus
nec relacio in deo secundum rem. sed
secundum modum intelligendi. secundum rem
vero substancia vel essencia

Post ista sunt dubitaciones circa
lecionem. et primo de hiis nominibus
creator. dominus et huiusmodi que dicun-
tur dici de deo ex tempore. videtur
cum scilicet quod dominium ut dicit boecius
est potestas coercendi subditos. sed
hec est in deo ab eterno. ergo etc. Item
deus ut dicit ambrosius est nomen
nature. ergo si non est eterna ergo do-
minium. Item de hoc nomine creator
obicitur quod non dicitur lector quia actu
legit sed quia habilis est ad le-
gendum. sed deus habilis est ad
creandum ergo etc. Iuxta hoc queritur
de hiis nominibus significacione et connota-
cione et utrum huiusmodi racionem connotan-
di circa divina essencia sit possibile signi-
ficando. Respondeo dicendum quod quia divina
essencia non habet nec respectum ad cre-
aturam. tamen contingit eum intelligere
et significare per modum respectivum.
nec tamen intellectus est vanus propter
hoc quod totum racionem respectus
realis ponit in creatura. quamvis igitur
huiusmodi nomina dicunt respectum a quo
imponuntur. quamvis imponantur creature
ideo dicunt secundum exigenciam illius
respectus ideo intelligendum quod quedam
dicunt respectum solum ut dominus
quedam effectum ut creator et huiusmodi,
et utraque sunt sub duplici differencia.

q̄ aut impetunt respon ad rem
preteritam aut ad rem futuram sic
ad rem in actu vel in potentia. primo
q̄ ponunt creaturam in actu dicunt
solum quod creatura incepit. 2o modo
ab eterno secundum hoc ergo si deus et cre-
ator incipient respon in actu
ab eterno non potest dici. Si autem
in potentia potest sic respondetur quod ac-
cepit hec nomina ut connotant
in actu et ideo dicit augustinus. ex dici
cum tempore. Et nota ergo dicitur Boecius
intelligendum quod est proprie connotativi
substantive sed non connotatiue. Et
dicit ambro. patet quod non cepit
quod hominis imponitur nature. sed im-
ponitur effectu nature. ut dicit re-
spectum ad creaturas et ideo connotat
quando creatura est patet ergo quod p-
ratur cognitum est modo significandi
Et queritur de hoc quod dicit quod tempus
non cepit ex tempore. videtur quod sic
quia omne quod incepit est temporale et
omne temporale mensuratur tempore et omne
tale cepit in tempore. ergo etc. Si tu
dicis instanciam in perfectis obiicitur
quod nichil est magis variabile quam
tempus. Sed omne tale est temporale ergo etc.
Item si tempus non cepit in tempore ergo
cepit extra tempus. ergo fuit tempus ante
tempus. Respondeo dicendum quod quantum ad primum
dicitur quod de inicio temporis debet dici
Unde 2o differt incipere ex tempore et in tempore
et cum tempore. quia ex dicit ordinem
et ideo presupponit tempus tamquam an-
terius. ideo nichil cepit ex tempore
nisi quod sequitur tempus. Cum tempore dicit
temporis coexistenciam. sed tempus non fuit
in suo inicio cum sit successiuum
ideo que sunt equalis duracionis
cum tempore non ceperunt. nec ex tempore
nec in tempore sed cum tempore i. cum tempus

cepit. Si queratur quo tempus cepit
Respondetur dicendum quod nullo precedente motu
sed cepit in suo principio. et ideo non
cepit tempus extra. ad illud quod obicitur
quod tempore mensuratur temporale. dicendum quod tempora-
le quod excellitur a tempore mensuratur et
incipit in tempore. sed illud quod non ex-
celletur incipit cum tempore et racio
predicta est. Item queritur de hoc quod
dicit quod in minus mutabilis non est
cum cepit esse prius. videtur enim
secundum quod esse prius est accidens mu-
tabili et modo inest. et prius non
inerat. ergo vnum mutabile est. Respondeo
dicendum quod relacio non predicat quid
absolutum sed predicat ordinem ad al-
terum. ordo autem respicit disposi-
cionem ordinatorum. quedam igitur sunt
ordinabilia ita quod vtrumque est in potencia
et tunc relacio innouatur per immuta-
cionem factam in vtroque quedam sunt
ordinabilia ita quod alterum quidem est de
se in actu est sed alterum in potencia. sicut
patet de duobus. quorum vnus qui est
actu albus actu est perfectus sed quia
alterum perfecte. et ideo altero
de non albo fit perfectum pro ea non
ergo oportet quod relacio semper innouetur mu-
tacionem in vtroque comparatorum. preter
sui corrupcionem vel inceptionem sed suf-
ficit quod in altero et racio vera est
quod respicit duplex extremum. et quia
potest vnum esse de se in actu. altero
existente in potencia. sicut in nummo quod
est in potestate possidentis quod sit pre-
cium vel precium sed accidit secundum mu-
tacionem factam in ipso. nec conuenit
nummo aliquid absolutum sed ordo
qui competit nummi erat in actu. quia
potest illius quod erat in potencia fit in ac-
tu et ideo mutatur. quod non mutatio

nimo / Ad quintum de hoc quod
dicit quod actus est in creatura cum
relatio est creature ad creatorem dicendum
est quod cum creatura attingit rem intelligi-
bilem remotam / Ergo si relatio ad
creatorem accidit creature ergo illo
remoto attingit rem creatam et
est intelligi [illegible] respectu ad
creatorem / Ad si relatio qua creatura
refertur ad creatorem est actus
cum illud sit creatum refertur
et ita per actus etc. de alio et ibi
est abire in infinitum / Respondeo dicendum quod
creatura quantum ad esse primum essentia-
liter dependet et talis relatio que
exprimit illam dependentiam non est
accidens creature sed magis essentialis
quantum autem ad esse secundum sive ad
bene esse non dependet essentialiter
quod illud bene accidentale est ideo
talis relatio secundum accidens est ut fili-
atio secundum quod dicit adoptionem et de
tali intelligit Augustinus / Ad id quod
obicitur quod relatio relatione alia refertur
quidam volunt dicere quod creatura seipsa
refertur sed illud non videtur ideo dicendum
quod nulla creatura est sua relatio cum
non sit summe simplex immo hoc ipsum
quod refertur aufert simplicitatem ideo
dicendum quod sicut relativa referuntur ipse
qui dicunt rem substractam cum
illud ipse autem relationes sine respe-
ctu non referuntur immo magis (?) ad
alia referuntur quia non sunt entia
sed entium sic in proposito dicendum quod
ipse relationes per se non referuntur
sed cum suis ita quod unum ad aliud
et pater ideo non est ultra procedere
aliud quo referuntur / Ad quintum de
hoc quod dicit nec tamen dicimus spiritum
referri ad se videtur enim posse
referri ad donantem et ipse est

donans ergo necesse concluditur
quod refertur ad se / Respondeo dicendum quod
hoc nomen spiritus dicit relationem
secundum esse et ideo quod relative
secundum esse nichil refertur ad seipsum
secundum rem nullo modo spiritus in-
quantum spiritus ad se refertur sed
donum non tamen importat relationem
secundum esse ut patet cum dicit au-
ctoritatem in dante (?) sed est secundum
modum dicendi ut cum dicit lar-
gitatem et potestatem in dante (?) et
quod hec potest secundum modum intelligi
comparari ad se ut dati nuptialis (?)
datum est ad se nuptialis (?) dans
non ideo concedit quod appellatio
dati ut donati refertur ad spiritum
secundum non autem ipse spiritus sanctus

Tercia consideracio

oportet cum tres persone co-
equales sibi sint etc. In
precedenti proxima particula egit
magister de relationibus que dicuntur
de deo proprie et temporaliter. In hac parte
agit de hiis que dicuntur de deo
quantum et essentialiter et quia hec sunt
[illegible] ideo hec pars habet duas
partes in prima determinat de sub-
stantia (?) In 2a circa appropriationem ibi
Non est pretermittendum hec [illegible] prima
pars habet duas in prima determinat
[illegible] hoc nomen equalis
In 2a hoc nomen filius. et hoc
facit 2o capitulo. hoc est dicendum
de filio et filiatione

Ad intelligentiam huius partis est
questio de hiis nominibus filius
et equalis et circa hoc tria que-
runtur primo quid per verbum (?) hec
nomina dicantur secundum rem aut
secundum rationem. Secundo quantum [illegible]

d xxxi

dicuntur secundum substantiam aut secundum rela-
cionem. Tercio quidam vero dicunt
innuere relacionem in patre et filio
et quod dicuntur secundum privacionem videtur
per auctoritatem magistri in littera. Quando sunt
dum videtur nomine equalitatis et
similitudinis non aliquid poni sed
removeri ut dicatur filius equa-
lis patri quia nec maior nec mi-
nor est eo. Et hoc potest probari
sic. Euclides diffinit equales
sic. Equale est quod alteri superpositum
nec excedit nec exceditur. Ergo in
hac diffinicione est [illegible] secundum pri-
vacionem patet etc. Et equale et
simile non tantum dicunt unitatem
sed eciam diversitatem, sed non est po-
nere diversitatem in divinis. Ergo hec
nomina non dicuntur secundum posicionem
sed secundum privacionem. Et equale secundum
quod dicit posicionem dicit commensuracionem,
sed in divinis non est commensura-
cio nec excessus. Ergo dicitur per priva-
cionem excessus non per posicionem. Con-
similitudo et equalitas in hiis inferi-
oribus dicuntur positive, sed hec com-
plexiones sunt in deo, quia ut dicit
Augustinus in filio primo reperitur con-
similitudinis et equalitatis. Ergo multo
forcius in deo dicunt posicionem.
Item omnis negacio que non est
pura negacio fundatur super posicionem.
Ergo cum hoc dico quod equale im-
portet remocionem excessus et non
imponit pura negacionem quia tunc
essent [illegible] equalis deo. Oportet quod
importet posicionem. Et hec est [illegible] pater
et filius sunt inequales. Ergo hoc
quod est inequale ad predicat quod est
in deo, sed hoc non est nisi importa-
cium per equalitatem. Ergo equalitas
ad ponit quia sicut eius opposi-
tum predicat, ita est ipsum ponere. Item
Hylarius dicit hanc formam pater est
equalis filio: aut ergo quod aliquid
ponitur aut aliquid removetur. Non
quod removetur quia hanc dicit ve-
ram. Pater est inequalis que removet
ergo quod ad ponit [illegible] et fundatur
utraque [illegible] super differenciam
inequalis ad equale, si enim equale
et inequale accipiuntur remotive
tunc eo quod opposita accipiuntur
positive. Responsio dicendum quod secundum quod in
littera innuitur et doctores antiqui
dicunt quod pro magistri sunt quedam no-
mina que non dicunt personalem
proprietatem vel communem veritatem
que privative accipiuntur. Unde quia
similis et equalis dicit respectum patris
ad filium et ille respectus non est
personalis proprietas nec essencia vo-
lunt ponere quod omnia ista secundum pri-
vacionem dicuntur, sic duo tres, si-
miles et equales et consimilia. Sed
ista posse stare non potest sicut supra
probatum est de unitate et plura-
litate numeri denotat. Si enim in
divinis est unitas positive et plura-
litas et hec duo faciunt similitudinem
et equalitatem, necesse est hoc posi-
tive accipi in divinis et quidem debere
sunt raciones ad hoc inducte. Ad
illud ergo quod obicitur quod equale est
quod non excedit, dicendum quod negaci-
onem substituitur affirmacio et posicio
que non ponitur per privacionem opposita
[illegible] excessus. Ad illud quod obicitur
quod non est diversitas in divinis dicendum
quod indicat diversitatem non simpliciter
non [illegible] de se et quod in divinis

est pluralitas suppositorum patet
ad illud quod obicitur quod sicut quod
dicuntur posterius dicit connexionem
ordinis quod in divinis non est incomplexio
simpliciter sed tamen est connexio in
infinitum et hoc non ponit simpliciter
connexionem aliter pater diceret quod eque
le et simile de suo primo intellectu
ponit unitatem quantitatis et qualita
tis quod autem ponat connexionem
hoc quod est equale et quantitas
illa est inconexa quam igitur in di
vinis est inconexa dicit ibi conve
nienciam in quantitate unitatis
quamvis non ponat ibi connexionem
Secundo queritur utrum nomina
supradicta dicuntur secundum substan
tiam secundum relacionem et quod secundum substantiam
videtur auctor magister in littera equalitas
quoniam non est relativa vel nova sed
natura unitatis vel proprietatis et
similiter de similitudine similitudo est indif
ferens essencia igitur cum similitudo quam
equalitas dicit essenciam essenciam iterum
equalitas dicit secundum quantitatem et simili
tudo secundum qualitatem sed in divinis quali
tas et quantitas desinunt in substantiam
igitur etc. Iterum omne quod dicit secundum rela
tionem importat distinctionem de suo prin
cipali intellectu sed simile et equale
dicunt convenienciam igitur non dicuntur
secundum relacionem. Item nichil quod dicit secundum
relacionem dicitur de duobus nisi importet
relacionem in quantum. Hec dico propter
hoc nomen relativus et distinctum sed
simile et equale non ponunt specialem
relacionem si ita importunt hoc non
est assignare specialiores sub ipsis
et dicuntur de pluribus igitur etc. Con
similiter de hac similitudo sibi non est
sed omne quod dicitur secundum substantiam

dicitur ad se igitur etc. Item omne quod
dicitur secundum substantiam dicitur ad se igitur etc.
Item omne quod dicitur de pluribus
singulariter sed simile et equalis dicitur
plus igitur etc. Iterum equalitate refertur
pater ad filium et filius ad patrem sed
non essencia igitur equalitas non dicit
essenciam. Item aut pater est equalitas fi
lii ad patrem aut non si sic igitur cum
filius equalitate illa sit equalis pa
tri est equalis patri et pater est equa
lis sibi quod non concedit. Quod
si pater non est equalitas filii ad pa
trem igitur equalitas filii ad patrem
igitur equalitas non dicitur de omnibus
igitur non dicit essenciam essencia enim
filii est pater. Propterea ordine quod secundum quidem
communem opinionem simile et equale di
cunt essenciam pluralitatem in una
quod de se importat distinctionem in
suppositis et unionem sive unitatem
in essencia et quod distinctio pertinet
spectat ad modum dicendi secundum rela
tionem unitas autem ad modum di
cendi secundum substantiam. Ideo licet nomina
nec omnia dicuntur secundum substantiam
nec omnia secundum relacionem sed quo
dammodo secundum substantiam et quodammodo secundum
relacionem sed quia non placet sed
sunt duplicem modum dicendi philosophorum.
Sed notandum est quod secundum alberti ideo
relatio oportet querere secundum quem
modum dicendi accipiuntur in divinis
et hec sunt diverse opiniones.
Quidam enim dicunt quod hec nomina
sunt secundum creaturam significata dicuntur
principaliter secundum relacionem. Nam simile
dicuntur habentes eandem qualitatem.

quia ergo respiciat suppositum per se sm
quod concretum ideo dicitur sm relacionem
sed in abstraccione quia similitudo est
unitas nature vel essencie quia respi-
cit unitatem forme primo non di-
stinccionem suppositorum sed quia quantum
philosophus dicitur sm substanciam sed iste
modus solvendi non est concludens
nam est eius significacio in concreto et in
abstracto in principali et suppositis
ergo si dicitur sm substanciam unum et
reliquum similiter ergo hoc non solvit
quod dictum est. 2a opinio est quod
huiusmodi nomina et in concrecione et
in abstraccione dicuntur principaliter
sm substanciam et connotant distinccionem
in suppositis et racio ipsorum est quia
cum similitudo respiciat ista duo
scilicet convenienciam et dictam inchoacionis
et complecionis respicit convenienciam
dicuntur enim differentes et similes
inquantum conveniunt. convenientes vel
non dicuntur similes inquantum differunt
respicit ergo similitudo distinccionem
per modum materie sed per modum forme
respicit unitatem essencie et ideo
complecione dicitur sm substanciam tamen
similitudo non sumitur simpliciter sed ista posicio
non est stabilis. Tercium enim est quod
similitudo dicit respectum aliquorum ad
invicem sed in divinis non est nisi
respectus persone ad personam. respectus
autem persone ad personam non est dictus
sm substanciam ergo necesse est quod hoc
nomen similis quod a similitudine imponitur
sm substanciam non dicatur et ideo ter-
tia opinio quod huiusmodi nomina dicuntur
sm relacionem formaliter loquendo di-
cunt enim respectum suppositorum disti-
nctorum per convenienciam in aliquo uno et
ita respectus cadit ibi per modum
formalis sed unitas essencie et
pluralitas cadit per modum esse ideo
essencie et philosophi sm relacionem quia quanti
vero sm substanciam dicunt taliter lo-
quendo et hoc magis patet si con-
sideremus significacionem horum nominum in crea-
turis. unde sit triplex relacio similitudo
cum est sm qualitatem similis et equa-
litas sm quantitatem sed similitudo
dicit relacionem formaliter sed sm qua-
litatem causaliter non enim est similis
qualitas sed relacio que attenditur
sm quantitatem. ad illud quod obicitur
de nigro et complexione. quod est concessum dicendum
quod causaliter intelliguntur omnes ser-
mones. ad illud quod propter dicitur
quod equale dicitur sm quantitatem. dicendum
quod sm dicit complexionem efficientem non
dicit forma sic de similiter. ad illud
ergo quod obicitur quod relativa important
distinccionem dicendum quod quedam in divinis
dicuntur sm relacionem que sunt di-
stinctiva relatorum ut pater et filius
et talia important distinccionem ut
relatorum quedam autem dicuntur sm re-
lacionem que sunt relativa distinctorum
ut similis et equalis. et talia im-
portant respectum sed ille respectus non
est necessario distinguens sed tamen quia
distinguentem importat cum distin-
ccionem non ut principium sed ut conce-
ptum nam respectus distinguens
est unius persone ad aliam sm quod
est ab intra. In huiusmodi vero nominibus
importatur respectus unius persone ad
aliam sm quod communicant unam
naturam. et quia respectus est relacio
ideo plurium dicitur. quia vero respectus
unius essencie ideo dicitur de pluribus
et ideo patet solucio quod quod nulla
relacio dicitur de pluribus nisi

dicat relationem in genere, quando enim ergo hoc nomen solum est in hiis nominibus que important distinctionem in genere ut relativis et distinctis, unde et in hiis que dicunt respectum plurium ut conveniant in aliquo, tunc enim non dicunt respectum in genere, specificatur tamen ratione convenientie in uno, unde similis dicuntur ad invicem relativa propter parcitatem vel equalitatem

Secundo queritur utrum predicta nomina scilicet equalis et similis dicant mutuam relationem, sicut quod pater filio et filius patri sit equalis, et quod [illegible] non videtur quia sicut dimensio in talibus non reperimus reciprocationem sed pater est principium filii, ergo non cadit ibi reciprocatio ut dicatur pater equalis filio, et hoc videtur ratione quia si filius est similis patri ideo quia similitudo patris, ergo si e converso pater est similis filio propterea quod pater est similitudo filii, hoc autem non recipitur, ergo etc. Item qui est equalis alii secundum equalitatem sibi adequatur. Si ergo pater est equalis filio, ergo ei adequatur. Quero a quo, aut a se, aut ab alio. Non a se quia quemadmodum equat se alii ad agit in se, sed pater nichil agit in se, ergo non adequatur, nec se sicut alio equatur, ergo non est equalis filio. Contra simile et equale sunt relativa equiparantie sed ista denominant ex parte utriusque extremi, ergo si filius est similis patri pari ratione pater similis est filio, quia ratio similitudinis est convenientia vel unitas in qualitate vel substantia, si convenientia equaliter respicit utrumque extremum et in unitate, ergo si filius est indifferens patri et e converso pater est similis filio. Item esse plurale generale sive singulare sed sicut accidit pater et filius sunt similes et equales, ergo pater est similis sibi aut alii, non sibi, ergo alii. Propterea dicendum quod similis et equalis dupliciter accipitur aut prout dicunt convenientiam in quantitate vel qualitate aut prout super convenientiam addit imitationem vel expressionem perfectam. Primo modo non sunt relativa equiparantie et dicunt ad convenientiam sicut quod probant rationes secunde inducte. Alio modo similis et equalis addit super rationem originis. Unde equalis dicitur sicut adequatus et similis. Hoc modo non convenit nisi ei qui est ab alio, et hoc modo procedunt prime rationes quia pater dicitur similitudo filii per imitationem sicut equatur filio per emanationem ab alio, sed equat se filius. Et modo ad dicendum quod non reperimus reciprocationem, dicendum quod cum dicitur [illegible] differt ab effectu per causalitatem, hoc autem modo pater non est causa filii, primo modo sicut similitudo filii ad patrem sit ergo etc.

In ista parte sunt dubitanda circa literam, et primo dubitatur de similitudine pro eo quod est super rationem ex actum est de equalitate videtur magis superflue repetere. Propterea dicendum de equalitate et similitudine est loqui dupliciter vel a parte rei vel a parte nominis, et primo agitur de equalitate et similitudine in personis, secundo modo hic. Item queritur de hoc quod dicit quod nichil est simile sibi, videtur enim similis quod non differt a se sicut locus [illegible] a se prius, ergo pari ratione dicendum potest esse simile sibi. Et quod homo

est sibi filius quia nullus est verius
nisi pater deo assimilatus. quod verius ma-
xime est deo assimilatus quare. Responsio
dicendum quod est diversitas aliquorum vel alietatem
suppositi a supposito ut cum dicitur
petrus est alius a paulo. a-
liquorum alietas in natura ut cum dicitur
quod homo differt a leone.
aliquorum alietas status a statu ut
petrus senex differt a se puero
et quantum modo intelligendum est de
similitudine quam requiritur filius dicitur si-
militudine supposita ad suppositum non potest
idem esse filius sibi quia vero de
similitudine nature ad naturam vel sta-
tus ad statum potest idem esse filius
quia hec convenit in eadem persona
et ita intelligit magister Et similiter
de hoc quod dicit quod equalitas patris
et filii non est relatio vel notio
quia statim ponit quod sicut et equale
est relatum quia similitudo est relatio
Responsio dicendum quod magister intelligit de no-
tione que est persone proprietas non
de relatione secundum intellectum vel aliter
dicendum quod verbum magistri est taliter
intelligendum sicut patet ex precedentibus
quod equalitas non consistit
in proprietatibus personalibus sed magis
in essentialibus que sunt omnino sunt

Nunc est precipienden-
dum hic quod illustris ex-
plarium, terminata parte illa
in qua agit de significacione huius
nominis filius et equalis, hic incipit
2a pars in qua agit de horum nominum
appropriatione et habet hec pars duas
partes in prima assignat appropriatione
In 2a monet et solvit dubitationem
que ex huius appropriatione est orta
in quone xxxii hic oritur questio

ex predictis deducta. prima pars dividitur
in 2as partes duas. in prima assignat
appropriatam sanctum hylarium in 2a ponit augustini
ubi et illud eorum scire oportet quod cum
tamen personarum distinctionem. prima pars
est textus In prima assignat hylarii
appropriationem et eius explanationem propter sui
obscuritatem In 2a ostendit quod illa que
hylarius assignat non sunt propria sed
appropriata ibi. Non est enim premissorum quod
positionem In tertia vero ostendit quod illa
quibus hec appropriat sunt propria. appropriatio
enim est quando respectu proprium et hoc patet
ibi. propria igitur personarum et illud igitur
scire oportet quod cum tamen personarum hec
hec est 2a pars huius partis in qua
assignat magister appropriationem augustini et
habet hec pars duas partes in prima po-
nit ipsam appropriationem in 2a ponit
eius expositionem ibi. Sed plurimos
movet quod pater dicitur unitas Et hec
pars est textus secundum illa tria appropriata
in prima ostendit qualiter patri appropriatur
unitas. ostendens quomodo intelligendum sit
aliter augustinus dicitur unitas in 2a
vero ostendit quomodo filio appropriatur
equalitas ibi Nunc videamus qualiter
equalitas In tertia vero ostendit quomodo
spiritui sancto appropriatur concordia ibi. quod
autem in spiritu sancto dicitur esse utriusque
concordia etc.

Ad intelligentiam eorum que dicuntur
in hac parte due principaliter queruntur
primo queritur de appropriatione hylarii
2o de appropriatione augustini et quantum ad
primum queruntur tria primo queritur utrum
ymago dicatur in divinis secundum substantiam
an secundum relationem secundo utrum secundum
relationem queritur utrum ymago sit
proprium filii Tertio queritur de ratione
appropriationis illorum trium secundum convenientiam
propria et usus

Vel autem ymago dicitur secundum statum obiectum hoc modo hylarius in v de trinitate Deus ad quem sibi [illegible] deo imaginem [illegible] constituit reperitur hominem operari / Item beda super illud faciamus hominem etc. In hoc quod dicit imaginem nostram unam et equalis substantiatis [illegible] ergo imago hic pertinet ad equalitatem et unitatem substantie dicitur secundum statum / Item hoc ipsum videtur ratione quod illud idem quod dicitur exemplar active dicitur ymago passive. sed exemplar in divinis dicitur secundum substantiam non secundum relationem ergo et [illegible] imago consistat in representatione aliquid non tamen in substantia sed etiam in distinctione et ordine distinctorum. si ergo in divinis [illegible] cadit distinctio in ymaginem nature est quod in divinis attendatur ymago secundum quod unitas nature est in tribus personis ergo non notionaliter sed essentialiter dicitur imago in divinis / Contra augustinus in vi de trinitate quid absurdius quam ymaginem dici ad se. sed omne quod dicitur secundum statum dicitur ad se. ergo tamen imago non dicitur ad se. non dicitur secundum statum. Et hylarius in v de trinitate ymago sola non est. ergo imago in divinis est cum alio sed [illegible] quod non est [illegible] ergo etc. / Item hoc ipsum videtur per diffinitionem imaginis quam hylarius dat quod ymago est persone ad personam. sed quod dicitur respectu unius ad alterum dicitur secundum relationem ergo imago. Et hoc videtur per ethimologiam imago enim dicitur quasi imitago ergo ubi ratio est ymaginis ibi est imitatio. sed divina essentia non imitatur quia quod omne [illegible] est ab alio. ergo imago non dicitur secundum statum vel essentiam / Respondeo dicendum quod sicut exemplar secundum proprietatem vocabuli dicit expressionem per modum actum, unde exemplar dicitur ad cuius imitationem fit aliud. sic expressio ymago per modum passivum. et dicitur ymago quod alteri exprimit et imitatur et hoc modo accipitur ymago duplex secundum quod duplex est expressio. scilicet vel in nature unitate vel in nature disparitate. in nature conformitate sine disparitate sicut filius imperatoris dicitur imago patris. In nature disparitate sicut ymago imperatoris est in nummo. sic respondet dicendum quod ymago per expressionem secundum ydemptitatem nature. et est ymago increata et dicitur notionaliter sive secundum relationem quia ymago dicit emanationem / emanatio autem in divinis non est nisi persone. dicitur etiam quod imago per expressionem in disparitate nature. et sic dicitur ymago creata respectu trinitatis. et patet quod ymago in divinis accepta dicitur secundum relationem persone ad personam et hoc vocabuli proprietatem sicut probant rationes ad hoc inducte. sed quandoque contingit abuti nomine exemplaris et ut dicatur exemplar quod imitationem alterius fit. sic [illegible] contingit abuti imagine ut dicatur ymago ad cuius expressionem fit aliud. et eciam [illegible] prout ad expressionem unitatis essentie in trinitate personarum. fit dicta imago de tota trinitate. et dicitur ymago [illegible] [illegible] de ratione ~~ymago~~ nominis dicitur ymaginatio sicut exemplar dicitur exemplatum abusive. quandoque exemplar fit exemplatus. et secundum illud videtur videntur accepisse hylarius et beda ut dicit magister vel dis. ii li. ii [illegible] quod etiam loquitur de ymagine creata que cum fit respectu unius essentie est quasi ymago trium personarum.

et indicat unitatem substantie in tri-
bus/ unde inquit ymago precise
ad se quia semper dicit respectum vel
ad aliam personam vel ad aliud
sive alterius ad alteram naturam
unde ex vel dicitur precise secundum substantiam
quia semper notat vel distinctionem
[illegible] ut patet unde ymago non
dicitur essencia simpliciter sed essencia-
liter in tribus personis quia secundum dictam re-
spectiue simonis sumendo yma-
ginem secundum relacionem personalem
potest dicitur ymago eterna et increata
De ipsius auctoritatibus et racionibus ad
hoc ad auctoritates in oppositum patet ex
dictis ad illud quod obicitur quod exem-
plar dicitur essencialiter ergo et ymago
quod non est simile quia tota trinitas est
principium et ydea et exemplar racionem
creaturis dicitur unde secundum substantiam
dicitur et convenit toti trinitati sed
non tota trinitas est propriata et
quia non dicit racionem producti proprie
ideo non convenit toti trinitati nec
dicitur secundum se/ ad illud quod obicitur
quod ad hoc quod sit ymago debet ex-
primere distinctionem et ordinem dicendum quod
illud verum est in ymagine que est
ymago rei cuius distinctionem et ordi-
nem sic habet homo in tribus
anime scilicet in potencia et tota trinitas
in personis sed cum verbum angelicum et yma-
go non habeat distinctionem nec patitur v-
na persona non oportet sic exprimi
vel potest dici quod illud verum est quando
ymago specialiter differt tunc enim
ad hoc quod expresse exprimat necesse est
imitari in quibus discernuntur quoad
substantiam sed cum est non simile in ea-
dem forma substantie non oportet

Secundo queritur utrum yma-
go sit proprium filii et quod sic
videtur per hylarium in libro

sexto de trinitate/ eternitas in patre
species in ymagine/ usus in munere/
pater de filio/ sic inquit ergo si re-
cte ponitur ex ipso ymago dicitur
proprie de filio/ Item augustinus vi de tri-
nitate solus filius est ymago patris et ex
pressius eo filius quo ymago et v-
bum ergo secundum hoc cum filius di-
cat personalem relacionem patris et/ Item
ymago est similitudo expressa et in di-
vinis similitudo expressissima non
potest esse respectu plurium distinctorum/
si ergo filius est ab uno scilicet equaliter
a duobus ergo non potest esse yma-
go/ Item ymago in divinis attenditur
secundum imitacionem persone non essencie
quia non ymago essencie sed persone
ergo ad hoc quod una persona sit yma-
go alterius necesse est quod illam imi-
tetur in eo quod respicit personam
ut persona sed emanacio vel produc-
cio respicit personam ut personam
Nam productio creature respicit
substantiam cum ergo solus filius imi-
tetur patrem in productione persone
solus filius est ymago/ Contra da-
mascenus dicit quod spiritus sanctus est ymago
filii ergo non est filii proprium esse yma-
ginem/ Item hoc videtur per utramque diffi-
nicionem hylarii et prima est yma-
go est rei ad quam ymaginatur
species indifferens sed hoc convenit
spiritui sancto ergo et ymago/ Item hoc videtur
per racionem quia ad ymaginem ista
duo sufficiunt scilicet imitacio secundum si-
militudinem et secundum equalitatem sed hec
duo est reperire in persona spiritus sancti ergo et cetera
Item sicut filius procedit a patre
ut expresse imitans patrem ita spiritus sanctus a fi-
lio ut exprimens filium ergo que-
admodum est ymago filius patris.

ita sufficientius est imago filii. Pro-
batio: quod imago in divinis non tan-
tum dicit expressionem persone, sed etiam expres-
sionem in summo. Expressio autem in sum-
mo duo ponit, scilicet quod sit unius ad
unum et quod sit secundum omnem modum.
Quod sit unius ad unum ponit per
hoc quod id quod proprie sic exprimitur a quodam
dicitur uni soli convenit et si sit
communale essentie si personale per-
sone. Nam unum in summo non
potest exprimere plura vel plures. Unum
enim in quantum in quo nulla est diversitas sim-
plex unum summe non potest exprimi
a pluribus vel plures simul, quia
tunc quoque indifferenter essent. Po-
nit etiam aliud, videlicet ut sit expresse
secundum omnem modum. Nam si quod ali-
quo respectu non est exprimens non
exprimit summe. Patet prima ratio: solus
filius est imago quia solus
ab uno procedit. Spiritus autem sanctus a duobus
et ideo equaliter utrumque exprimit et
ideo neutrum in summo. Patet ~~secun~~
dam rationem solus filius est imago
quia secundum omnem respectum habet rationem
exprimendi, et in quantum comparatur ad il-
lum a quo est et in quantum comparatur
ad illud quod ex ipso est. In quantum
comparatur ad illum a quo exit
per modum nature, et ideo per modum verbi
et speciei, et per modum similitudinis expresse.
In quantum comparatur ad illud quod est
ex eo quia per omnia et eodem modo spirat
filius ut pater. Spiritus autem in nullo horum
convenit. Ideo ratio imaginis est in
solo filio quia ab uno tantum procedit
et quia per modum nature, quia etiam con-
similiter procedit spiritus sanctus. Contra ter-
tiam rationem quia per modum nature

est ratio proprie, alie vero secundum ad-
congruitatem. Concedendum igitur quod so-
lus filius loquendo proprie est ima-
go et eius verbum. Sed filius dicit
respectum solum ad patrem, imago patris
ad patrem, sed et sequitur respectum ad
aliam personam. Verbum principaliter
respectum ad patrem et consequenter dicit
respectum ad creaturam. Unde cum autem no-
mina sunt ipsius filii tamen alio modo et
alio modo significatur, unde non est super-
fluitas. Ad id ergo quod obicitur de
Damasceno, dicendum quod Damascenus sequitur
Grecos. Greci autem non ita proprie acci-
piunt rationem imaginis ut Latini,
quia nec de origine personarum sic sa-
ne intelligunt. Vel potest dici quod si-
mo Augustinus et Damascenus intelligunt
causaliter quia reformat nos ad y-
maginem Christi. Ad id quod obicitur quod diffi-
nitio imaginis convenit spiritui sancto,
dicendum quod sicut infra patebit quod species
ut ibi accipitur convenit soli filio.
Ad id quod obicitur de appellatione et
equalitate, dicendum quod filius non dicitur
ymago proprie appellatione, in spiritu sancto
proprie modo emanationis et in hoc non
habet expressissimam similitudinem nec
cum filio nec cum patre, ideo nullo
est ymago.

Secundo queritur utrum eternitas
appropriatur patri, species ymagini
et usus muneri. Videtur quod non sit bo-
na appropriatio Hilarii quia omnes tres
persone simul eterne sunt et coequa-
les et eternitas abstrahit hic ab
actu persone, ergo non est appropriabilis.
Item queritur utrum species appropriatur
ymagini aut cui similiter ibi
species ut species dicatur forma vel

essencia aut pulcritudo. Si sola
sunt natura nulli est appropriabilis
sic nec species. Si aut pulcritudo,
sed pulcritudo imaginis consistit
ad ectotypum quo ad proprium quod illi
debet appropriari. Item Dionysius
dicit quod bonum et pulchrum idem vel
se consequuntur. quod sicut bonitas sit
appropriabilis spiritui sancto, quod et pulcritudo. Ite-
rum Hilarius dicit quod oportet imaginem
habere essentiam et naturam et speciem
auctoris. quare magis differunt ima-
ginem per speciem quam per aliquod aliud
Ideo non est verendum. Dicendum quod solum
quod ratio igitur quod nulli persone est
appropriabilis quod nec spiritui sancto. Re-
spondeo quod ista appropriacio similiter sunt
ad explicandam personarum originem
sive emanacionem. quando igitur persona
patris emanacione et origine caret
ideo illud debuit appropriari quod
importat principium principii. hoc autem
est hoc nomen eternitas. eternum enim
quod principio caret. et hoc de suo
nomine non dicit nisi privacionem
principii etc. Patet primum obiectum. Spiritu
sancto vero procedit per modum voluntatis et
amoris et ita debuit ei appropriari nomen
quod actum exprimit voluntatis. hoc autem est
hoc nomen usus. Nam usus est assu-
mere aliquid in facultate voluntatis sive
ad utendum sive ad fruendum quamvis
assumpcio ad fruendum est per amorem sicut
ad utendum quia amor est pondus et
ordo. Ideo usus recte appropriatur spiritui sancto.
Patet ultimo quod scilicet spiritus sanctus est
unitas. licet non sit dicendus connexio
filii et patris dicit amoris com-
plexionem et actum liberum. Filius vero
emanat per modum nature. et quia ema-
nat per modum nature ideo emanat

per modum perfecte et expresse similitudinis.
Nam sua perfecte sibi similis et equalis
et quia habet in se racionem expresse simi-
litudinis ideo et cognicionis. quia expressa
similitudo est racio cognoscendi et quia
per modum perfecte similitudinis et racionis
habet in se racionem et exemplar omnium
inde est quod habet racionem perfecte pulcri-
tudinis quia eius est perfectio et expressa
similitudo ideo pulcher est in comparacione
ad eum quem exprimit. quia vero racionem
cognoscendi habet et non unum tamen sed tocius
universitatis ideo pulcher pul-
cerimus ipse natus inter generis pul-
critudinem habet in comparacione ad omnem
pulcritudinem exemplatam quia lapis diviciarum
relinquitur perfectissima pulcritudo. sicut
enim dicit Augustinus pulcritudo non est alia
quam equalitatis numerosa quam Augustinus in com-
paracione ad proprium habet pulcritudinem equ-
alitatis quia perfecte exprimit sicut pulcherrima
imago. In comparacione vero ad res
habet omnes raciones. sicut quod dicit
Augustinus quod est ars plena omnium racionum
viventium ideo patet quod in filio con-
cepte reperitur racio omnis pulcritudinis.
Consequitur quia filius per modum nature
emanat habet racionem perfecte et expresse
similitudinis et quod habet racionem perfecte
similitudinis habet racionem cognicionis et
racione utriusque habet racionem pulcritudinis.
quia igitur nomen species importat similitudinem
et importat cognicionem racionem impor-
tat et pulcritudinem. ut species quando
forma digna est in specie. ideo con-
gruissime appropriatur filio. patet quod
quare illud nomen magis appropriatur
Hilarius filio quam aliud. quia etiam
magis differunt imaginem per illud
nomen quam per aliquod aliud / Ad

illud ergo quod obicitur quod pulcritudo in
imaginis refertur ad prototipum dicendum
quod verum est, sed tamen aliter refert honor
aliter pulcritudo et quia honor imaginis
sive picture ita refertur ad prototipum
quod in ipsa non est simpliciter honor sicut
patet, si honoretur iconia beati nicolai
sed pulcritudo ita refertur ad prototipum
quod intrinseca est in imagine pulcritu-
dinis non solum in eo cum est ima-
go et potest ibi reperiri duplex racio pulcri-
tudinis quarum in eo tamen est non
nisi una invenitur ut patet quod ima-
go de pulcra quando bene contracta est
dicitur esse pulcra quando bene representat
illud ad quod est, et quod ipsa sit a-
lia racione pulcrior patet quia contingit
[illegible] esse sine alia, unde admodum
dicitur imago diaboli pulcra quando
bene representat feditatem diaboli et tunc
feda est et ideo hilarius appropriat speciem
sive pulcritudinem filio imaginis appellat
sub nomine imaginis quem sub nomine
filii / ad id quod obicitur quod idem est bonum
et pulcrum dicendum est quod dionisius non
vult dicere quod sint unum racione, sed quod
sint unum re, sed quia racione differunt
ideo unum potest appropriari uni quod
appropriatur alterum

Consequenter est questio principalis de
appropriacione unitatis que est in patre
veritatis (?) in filio equalitatis in spiritu
sancto unitatis equalitatis et concordia
et circa hoc queruntur tria, primo queritur
utrum deus possit dici esse unum cum
creatura, secundo utrum creatura possit dici
unum cum alia creatura, tercio de ra-
cione appropriacionis illorum trium

Quod autem deus possit dici unum
cum creatura videtur per auc-
toritatem apostoli .1. cor. vi. qui ad-
heret deo unus spiritus est si unus
spiritus ergo unum cum eo et una res cum
illo (?) ergo unum / Item homo qui ad-
heret deo unus spiritus est aut cre-
atus aut increatus sed increa-
tus quia deus non est creatura ergo
unus increatus sed spiritus increatus
est omnis unus ergo homo adherens
deo est simpliciter unum cum deo / Item
magis unitur medium extremo quam
extremum extremo sed ipse est medium
uniens viros iustos et viri iu-
sti per ipsum uniti sunt unum Joh.
xvii. ut sint unum sicut et nos
sumus ergo multo magis ipse potest di-
ci unum / Item magis unitur membrum
capiti quam membrum cum membro ergo
cum membra christi sunt unum in christo
multo fortius membrum est idem ca-
piti sed christus est caput non tantum
secundum humanitatem sed eciam secundum divi-
nitatem ergo etc. Contra illud quod de-
[illegible] ego et pater unum sumus impugnat
sectam [illegible] arrianam et maxime
[illegible] concludens arrius contra
qui dicit filium aliud habere naturam
[illegible] ergo racione [illegible] bona est unum
dicit unitatem in natura sed tali
modo non est unum creator cum creatura
ergo etc. / Item hoc videtur alia racione
quia que magis distant minus sunt
unum sed creator et creatura maxime
distant ergo non possunt simpliciter dici
unum / Item si sunt unum ergo ad unum
sunt ergo deus et creatura sunt idem
quod [illegible] et si hec uniuntur in ali-
quo ergo illud in quo uniuntur simplicius
sit quam que uniuntur in ipso
ideo est simplicius deo / Item si deus
et creatura sunt unum cum [illegible] ins-

nitum distat a qualibet, quia ratione
dicitur unum cum una et ad qualibet
sed quecumque uni tertio sunt eadem
inter se sunt eadem. Ergo secundum hoc omnia
sunt unum. Preterea contra quod sic dicit
Augustinus ad hoc quod aliqua sint unum non
sufficit conformitas, sed necesse est per
unionem quandam in natura. Cum ergo deus
et creatura sunt differentes in natura,
ideo non debent dici unum. Sic probat
rationes ad hoc inducte quod vir
iustus conformatur per caritatem voluntati
divine et ei adheret magis quam alicui
rei, dicitur unum cum determinatione, ut
puta unus spiritus. Spiritus idest voluntas
vel amor. Unde qui adheret deo
unus spiritus est, quia unius et conformis
voluntatis est. Ad id quod obicitur quod
unus spiritus quia una res, dicendum quod
ibi est falsa sententia quia ratio simplex
non nimis distrahit a ratione sua
per hoc quod est spiritus et dicit ibi uni-
tatem non per identitatem sive unita-
tem nature sed per conformitatem voluntatis.
Ad id quod obicitur creatus aut increatus
aut unus spiritus etc., dicendum quod nec cre-
atus nec increatus, nam spiritus non
stat ibi pro substantia sed pro actu voluntatis
et unus non importat nisi conformitatem
affectus humani ad divinam voluntatem
sive ad divinum amorem, quia amor
transformat amantem in amatum. Item
ad id quod obicitur quod spiritus est medium
veniens, dicendum quod venit quantum ad vo-
luntatem sive quantum ad conformi-
tatem nature, et ideo dicuntur unum
ratione conformitatis et voluntatis solum.
Ideo necessario valet quod ligamine spiritus
non est tota causa quod sint unum.
Ad illud quod obicitur quod membra Christi
sunt unum dici possunt, quod membra Christi
non dicuntur unum simpliciter sed unum corpus
et sic etc. Et spiritus est unum cum

membris, sed hoc ratione humanitatis
assumpte.

Secundo queritur utrum una cre-
atura possit dici unum cum alia,
et quod sic ostenditur hoc modo. Apostolus
I Cor. iii: Qui plantat et qui ri-
gat unum sunt, sed alius erat plan-
tans ut Paulus, alius rigans ut A-
pollo. Ergo secundum hoc patet quod una cre-
atura potest dici unum cum alia. Item
Augustinus dicit et usque ponit in lege quod
recte dicuntur unum qui conveniunt in
natura et voluntate. Sed hoc habet una natura
cum alia. Ergo etc. Item dominus Matthei xix:
iam non duo sed una caro;
hoc dixit de viro et uxore. Sed si
sunt et non sunt duo, ergo sunt unum.
Ergo vir cum uxore potest dici unum. Et
Contra ab unitate principii naturalis recedit
unitas simpliciter que est unitas numero,
sed corpus est male principium in ho-
mine. Qui autem adheret meretrici
unum corpus efficitur, sic dicitur I Cor.
vi. Ergo unum simpliciter et sic etc. Contra
idem simpliciter dictum stat pro eodem
numero. Ergo unum simpliciter dictum stat pro
uno numero et tales creature non sunt
unum numero quantumcumque conveniant. Ergo non
debent dici unum. Item si aliqua
dicuntur unum propter convenientiam in natura,
tunc ergo cum homo et asinus conve-
niant in natura sint unum, quod non
conceditur. Si dicas quod ultra requiritur
conformitas voluntatis, contra. Ergo viri pec-
catores conveniunt et in natura et in voluntate,
ergo debent dici unum, quod non dicitur;
non sufficit ergo conformitas nature
et voluntatis. Item si homo qui coniungitur
meretrici efficitur unum, cum omnis uni-
tas sit a prima unitate, hec uni-
tas erit a prima unitate, sed hec
unitas est detestabilis, ergo prima

vnitas facit vnitate detestabile
ergo ipsa est vituperabilis / preterea quando
due cause distincte non possunt habere
vnitatem nisi per conformitatem quecunque
conformitas non facit dici vnum sim-
pliciter sed illa que est conformitas
simplex non simpliciter quia ad plenam uni-
formitatem requiritur triplex conformitas scilicet
in natura in voluntate et operatione et quando
illa tria concurrunt ad aliqua duo tunc
illa duo dicuntur vnum sicut paulus
et apollo in natura conformes quia vterque
homo in voluntate similes quia vterque
salutem fidelium optabat in actione
similes quia vterque ad eam procurandam se
exercebat ille plantando et ille rigan-
do et vterque [illegible] conformes quia vter-
que [illegible] per [illegible] ubi predicavit [illegible]
[illegible] primo [illegible] est [illegible] deum
acceperit rationem plenius / Si autem
sit conformitas in natura solum non
debet dici vnum nisi secundum quid sicut cum
determinatione diminuente vt vnum genere
vel specie si solum in voluntate tunc sunt
vnum [illegible] qui fiunt amici [illegible] sed
vnum in natura et voluntate tunc vnum corpus
et vna anima si vnum in natura et actione
possunt dici vnum cum determinatione ut
fornicator cum meretrice fit dici vnum
corpus sed non potest dici vnum simpliciter
sicut vir et vxor nec viri multi-
tudo vnum sicut viri boni quia disso-
ciuntur in volitis principaliter in-
tentis quamvis cum aliquibus bonum pro-
prium querit et non commune [illegible] fu-
erint quesita [illegible] est ali-
qua duo dici vnum simpliciter si habe-
ant conformitatem sicut dictum est si-
cut [illegible] rationes / Ad illud
quod obicitur dicendum quod [illegible]

quia fornicator et meretrix non di-
cuntur vnum corpus ratione speciei cor-
poralis sed ratione operis carnalis in
quo vniuntur et ideo non sequitur
quod debeant dici vnum simpliciter / Ad id
quod obicitur de vno in vno modo dicendum quod
duplex est vnitas scilicet indiuisionis
et conformitatis vnitas indiuisionis
attenditur in vno modo et hec v-
nitas est simpliciter vnitas vero con-
formitatis non est in vno modo sed
in pluribus in quibus est aliqua conformi-
tas dictum est / Ad illud quod obicitur
si perfecta conformitas in natura dicitur
vnum etc. dicendum quod perfecta conformitatem in
natura et voluntate et in natura non solum
secundum quod est rei essentia sed ex qua
pullulat pullulus hoc est [illegible]
[illegible] est operationis principium sicut patet
quia homo et asinus non dicuntur vnum
quia si concordant in fine proximo
et in omni opere differunt / In re-
moto quamvis conueniunt quod finis
est [illegible] / Si aliqui dis-
cordant voluntate in fine proxi-
mo conueniunt in remoto / Ad id
quod obicitur quod vnitas meretricis
[illegible] est a deo dicendum quod sicut in
peccato est substantia actionis et hec est a
deo et deformitas et hec non a deo
sic in vnitate tali intelligendum est

Secundo queritur de ratione appro-
priationis trium nostri predictorum
et primo de vnitate et quod non sit appro-
priabilis videtur quia vnum et ens conuer-
tuntur scilicet vnitas et essentia sed essen-
tia nulli est appropriabilis ergo nec v-
nitas / Item si appropriatur cum quod perfe-
ctius sit ambobus vnitas vt dicit
augustinus videtur quod debeat appropriari
persone filii / Item obicitur de equa-

litate que appropriatur filio .n. nichil
magis est. Nidiffero in tribus equa-
libus quia ipsa equalitas secundum intentus
non est appropriabile ergo nec equalitas
est appropriabilis / Item si appropriatur dei-
tati appropriaci quod equalitas non est a-
liud quam unum sive unitas in quan-
titate si unitas appropriatur patri ergo
et equalitas / Tertio obicitur de concordia
que appropriatur spiritui sancto. Si enim con-
cordia plures requirit ad unitatem
videtur quod prius sit de aliquo quia
de quo prius. quod si appropriare est
de quo fiet prius concordia nulli
est appropriabilis / Tertio videtur quod debeat
appropriari filio quod concordia et pax ipse
filius est pax nostra qui fecit utraque
unum. Ephes. ii / Et Coll. i. pacificans
per sanguinem crucis eius sive que in ter-
ris sive que in celis est / Et obicitur quia rationem
cuiusque omnia equalia patri filius et cetera ergo
pater est equalis patri filius ergo habet
aliquid a filio quod suum est / Item
quero quia causam dicat patri unitatem
efficientem et finalem quibus habitudinibus
dicitur enim totius unitas sit efficiens
et finis omnis rei tum unitas quam
equalitas quia concordia est patris propri-
etate patri filius ergo nulla est ratio
appropriandi / Primo intelligendum est quod iste
appropriationes vel ulterius sunt ad complifican-
dum personarum ordinem sic ipsa est
ad exemplum ordinem quam igitur perso-
na patris est prima ante quam non
est alia et que non est ab alia ideo
appropriatur ei unitas que est prima in
numeris et antiquum nil est in uno ex
hoc patet responsio ad duo prima quia
accipitur hic unitas pro [illegible]
quia dicit primitatem non conveniens in-
dimisionem et conditione sed entis
unde dicit voluntatem conformitatem.

et appropriatur spiritui sancto ut prima
alia patri appropriatur filio quia et per-
sona filii secundum rationem intelligendi est
secunda et perfecte exprimens patrem. et hoc
facit equalitatem non equalitas ratione ex-
[illegible]dinis primo recipitur in filio. tunc enim
primo intelligitur sub filio intellectu na-
sci. et ex hoc patet obiectio quod enim equ-
alitas respicit hoc est non ratione uni-
tatis sed ratione prime associationis
et perfecte equalitas enim tunc primo in-
telligitur quod intelligitur associatio et hoc
intelligitur primo in filio qui est secunda
persona. Spiritus sanctus persona quam secundum rationem in-
telligendi est tertia concordia autem po-
nit duos concordabiles et concordan-
tem. ideo primo incipit concordia ubi
primo intelligitur exire persona tertia et patet
illud quod concordia appropriatur alioqui non
quod de quo aliquid fiat prius sed
quod distinctos connectit. et hoc ratione
rationem sive emanationis quod non sunt
filio ratione emanationis quod non sunt
sed ratione mediationis quod mediator
dei et hominum. ex his patent omnia ob-
iecta / Ad illud quod ultimo queritur
omnia sunt unum patri propter [illegible] quod
si unum designat per causalitas tunc patri
dicit causam formalem exemplarem sim-
plicem et appropriatam quod omnis equalis
habet exemplar in equalitate filii et
de aliis si autem designat per causas
et naturas tunc patri dicit eandem for-
malem exemplarem simpliciter rationem intel-
ligendi appropriatam quod intellectus sic
non intelligit equalitatem in patre
ubi patri hoc quod dicitur filius per omnia
equivalentem nam eius et potestatem
similiter de aliis. et tunc patri non dicit
causam exemplarem simpliciter rationem sed

rationem intelligendi. Et non notionaliter
quod pater dicatur sapiens a filio sed quod intel-
lectus noster ad cognoscendum de patre
per hoc quod cognoscat filium.

In parte ista sunt dubitationes circa
litteram. Et primo de situ huius partis.

Quia cum magister agit de appropria-
tione [illegible] xxxiii. et de appropriatis a
xxx. usque ad finem, videtur quod male
statuit hunc tractatum de appropriatis.
Respondeo dicendum quod duplici de causa ponit hic
magister tractatum de appropriatis. Una est
quia egerat de nominibus quae dicunt re-
lationem [illegible] sed quae ap-
propriatio attenditur sicut sunt filius et [illegible]
lis et ita [illegible] haec post [illegible]
[illegible]. Alia ratio est quia appropriata fa-
ciunt ad evidentiam propriorum. Et ideo sta-
tim post tractatum de propriis egit de
appropriatis. Et hoc maxime patet [illegible] faciunt
ad evidentiam propriorum. Ideo de his a-
git hic quae non sonant respectum
ad creaturas. Infra vero agit de his
appropriatis respectu ad creaturas, dicit
et ita patet distinctio huius partis ab a-
liis. Unde [illegible] appropriata [illegible] manife-
stant nobis personarum emanationem,
[illegible] vero appropriata [illegible] nobis mani-
festant personarum ordinem si quis in-
spiciat. Item quaeritur de hoc quod
dicit: quod est ars quaedam omnipotentis
et sapientis etc. Videtur enim male
dici quia [illegible] intellecta ar-
te est in eis. Ergo si filius est patris
[illegible] intellectu filio et pater est in eis.
Ergo videtur quod [illegible] operari habe-
at pater a filio suo. Respondeo dicendum quod
[illegible] est [illegible] in verbo quod [illegible]
dicitur quod sit ars simpliciter, sed quod ars
quaedam quia [illegible] est ars [illegible] pat-
novit sed ubi novit non est
ars patris qua pater sit sapiens
sed quae est a patre sapiente
per quam pater omnia operatur quia
omnia [illegible] per filium. Et notandum
quod [illegible] ars includat et intentionem
virtutis et sapientiae et [illegible] verbum [illegible]
differenter quia verbum dicit emana-
tionem et respectum [illegible] est [illegible] ars
autem appropriatum. Item quaeritur de hoc
quod dicit: quod spiritus sanctus in ingenti lar-
gitate perfundit ceteras creaturas.
Ergo cum hoc videtur quod omnibus
[illegible]. Respondeo dicendum quod spiritus
sanctus [illegible] dari ratione [illegible]
effectus [illegible] ratione [illegible] qui fa-
cit [illegible] et ita [illegible] in ma-
ligno ut in templo. Et quia huius
sola rationalis creatura capax est et
soli iusti capiunt. Ideo patet quod
[illegible] spiritus sanctus [illegible] ideo aut
[illegible] per suam caritatem crea-
turae [illegible] quia ei attribuatur actus re-
[illegible] sed quia attribuitur ei actus con-
servandi. Item quaeritur de ratione simi-
litudinis quae ponitur in littera: imago
est cuius rei ad quam imaginatur
species indifferens. Primo videtur ratio
ista non esse convertibilis quia [illegible]
videtur convenire [illegible]. Item species aut
accipitur personaliter aut essentialiter.
Si [illegible] est [illegible] quia species indif-
ferens [illegible] est si diceret essentia
indifferens. Sed haec convenit patri
[illegible] filio et ita essentiam [illegible]
dicitur ut aliquid sed stat pro persona.
Ergo [illegible] est species indifferens
qui est [illegible] persona indif-
ferens. Haec autem [illegible]. Item de re-
latione obicitur quae talis est

ymago est rei ad rem coequatur
imaginata et indistincta similitudo. vi-
detur enim falsum quia sequitur imago non coe-
quatur ei cuius est imago. Item si est
ad rem coequatur tunc videtur
esse equalitas non similitudo. Item
videtur falsum dicere cum dicitur indistincta
similitudo quia omnis imago et similitudo
distinguitur ab eo cuius est imago
Item ad unius rei una est diffi-
nitio. queritur quomodo differunt iste
rationes assignentur. Respondeo dicendum quod hic
diffinitur imago increata prout est per-
sona solius filii. etc. comparatus dicit re-
spectum ad patrem et ideo in prima
ratione ponitur comparatus ut in ratione
philosophi. in 2a ut in ratione theolo-
gica imago habet comparari ad patrem
non solum tamquam ad equa rerum
ad quem sunt in quibus dicit quod est
a quo emanat et ita patet. Item
distinctio rationum et ordo et prima ra-
tiones conditiones ponunt per primam
natum filius esse. ad 2um cum dicitur
imago omnis ad quod imaginatur et per
genus et diversum quod est passivum. per ter-
tiam notatur quod est summus modus expres-
sionis emanandi sive per hoc quod est in-
differens et per primam coequalitatem non
differt et a patre et ab essentia per
2am a spiritu sancto per tertiam ab imagine cre-
ata per hoc patet quod species et si de
se sit essentiale tamen accipitur hic
ut tractum ad personam et indifferens
non dicit indifferentiam in hoc no-
mine species sed in substantia etc. patent
obiecta de ratione prima. hec vi-
sa. similiter patet ratio 2a que ex-
datur in comparatione ad ipsum pa-
trem ut ad tertium et hoc patet cum
dicitur ad rem coequatur rei id est per-
sonam filii personam patris et per hoc

excluditur persona patris et per hoc
quod dicitur imaginata excluditur
persona spiritus sancti. per hoc quod dicitur
indiscreta excluditur ipsa imago
creata et indiscreta non dicit indifferentiam
personalem sed solum essentialem. Ad
illud quod queritur de equalitate dicendum
quod illud non est verum de creata
imagine et ideo quia imago
dicit de ratione sui nominis equalitatem
in quantitate. Ideo prima dicitur sic dicendo
ad rem coequatur id est similitudo summa
qua res coequatur rei. Item queritur
de dicta glosa tamen que attribuit se-
cundum naturam imaginem quia hec
distinguntur dicendum quod unigenitus forte
magis specialis et completa dicitur
species natura et essentia. et hoc sum-
ptum duplex consideratur secundum enim conside-
rari in se et sic dicit essentiam. secundum
considerari in comparatione ad operationem
personalem etc. dicit naturam secundum quod
dicitur ad nativam cognitionem etc. dicitur
species secundum quod imago auctoritas
eo quod similitudo est eius. nam autem
habet quod similitudo genita ut ima-
ginata naturaliter essentialiter vel quod
similitudo indiscreta sive per substantiam. Item
queritur de hoc quod dicitur si quis
inascibilem et sine initio dicit fi-
lium videtur enim quod hylarius non di-
cit bene quia dicit duos inasci-
biles dicit duos deos quia inascibilitas
in divinis non est proprietas essentie sed
persone quare non sequitur si sunt
duo inascibiles quod due essentie
sed quod due persone. Item inascibi-
lis dicit privationem eius quod est nati-
vum tamen valet inascibilis quantum
non filius sed non sequitur sunt duo
filii in divinis ergo duo dii ergo pa-
ri ratione non sequitur sunt duo

innascibiles ergo duo dii. Respondeo dicendum
quod innascibilis sicut superius dictum est importat
sive negat esse ab alio et hoc ponit
formaliter plenitudinem in illo qui innasci-
bilis est ex utraque parte concluditur quod
si sunt duo innascibiles quod sunt
duo dii. Sequitur. Item sunt duo quorum
quilibet non est ab alio, ergo non
distinguuntur per originem, ergo necesse est quod
distinguantur per substantiam. Item si sunt
duo in quorum quolibet est fontalis
plenitudo ergo quilibet potest esse universa-
lis principium est totius deitatis sicut
dictum est de patre. Sed si principia sunt
distincta et principiata, ergo si quilibet
est principium totius deitatis et sunt
duo ergo due deitates. Tertius ergo
unigenitus non sit perfectus [illegible] per-
sone quod tamen est prime persone et in
unica persona non potest esse nisi una
innascibilitas. Ideo de ratione ponit
[illegible] subsistentiam. Item queritur de hoc
quod dicit Caput eius omnium filius est
videtur eius male dicere quia aut de capite
ratione deitatis aut ratione conformi-
tatis in natura. Si ratione deitatis cum ratione
spiritus sanctus potest dici caput. Item si ratione dei-
tatis tunc filius caput eius omnium fi-
lius est. Videtur eius male dicere quia
aut dicitur caput ratione deitatis aut
ratione conformitatis in natura. Si ratione
deitatis tunc filius caput non potest
dici deus quia caput superexcellit
et maioritatem nobilitatis. Quia non
licet potest respectu filii. Si in divinis
quod caput non dicit nobilitatem sive
superexcellentiam obicitur quia licet sequitur
quod dicitur hoc tamen omnia differunt
sed constat quod inter patrem et filium ra-
tione deitatis non est [illegible] ergo non
potest accipi ratione deitatis. Si ratione

conformitatis, et filius non habet
conformitatem in natura cum omnibus
sed tantum cum hominibus non erit ca-
put omnium. Respondeo dicendum quod caput sum-
ptum proprie accipitur importat rationem in-
fluentie et conformitatis nature. Et
dicitur Christus caput totius ecclesie. Sed
Hilarius extensive modo accipit
pro ut caput dicit originale principium.
Et quia deus pater principaliter est filii et
filius patris. Dicendum ita quod filius pro-
ducit et ponit, ideo est caput et
habet caput. Sed pater quia caput non
habet cum sit innascibilis est caput
omnium et ideo dicitur fontale principium
a quo omnia et in quo omnia per
filium reducuntur. Et in hac respi-
ratione tamen est comparando patri-
ras ad filium. Sed vult comparando fi-
lium ad patrem non est tamen. Sed ordo
et origo. Et ideo Hilarius non dicit
[illegible] gradibus sed hoc tamen [illegible]
obicitur de spiritu sancto dicendum quod ipse spiritus sanctus omnium
procedit a filio per filium omnium alius
ad patrem reducitur et [illegible]
reducitur. Item queritur de hoc quod
dicit ut sic per substantiam tria per consona-
tiam unum. Una videtur hec confes-
sio non est conveniens quia de rebus ho-
minibus [illegible] potest dici quod per substantiam
sunt tria per concordiam vel unum.
Item queritur de ratione Hilarii quia
dicit per quod debet dici per consonantiam
[illegible] [illegible] consonantie
[illegible] quam [illegible] unitatem. Videtur enim illud filium quia
[illegible] est eiusdem essentie cum patre
sicut filius. Respondeo dicendum quod sic intel-
lexit Hilarius ordine catholico patre
affirmatur omnium dicit quod sunt per

subam tria p consonanciam vnud
scti cu patres volentes elidere
heresim sabelliana que elidebat
i. euacuabat vitatem pris et filii
p vnitatem solam quia dicebant
ibi esse. nd ecin confessi sunt
a deo esse pluralitatem ut vnus
esse consistent et hoc vnitate
non fu concesserut a vltute. quia
p tria tres res itelligunt i. tres
ypostases p consonanciam vero vnd
v sia intelligit. sz psona ideo
ex hac pte vero dixerut q p tre
consonacie sunt vero dixerunt
et irrepheni. nam sicut patris
et filii nom imit pr vnitas nate
q filius est coequalis pri. ita p
spiritum sctm, qui est amor dat itelli
gi vnitas consonancie et ideo vn
ne hebat calumpniam et p hoc
ipsum dixerut. et hoc volt dicere
hilariu od dicit qd poni consona
ne quia consone nd q vtrius nd
sit vnu sz quia hoc est expressi
et merem qt calumpniam tn ad
hc sequi illud. q si pr et filius
vnu q se pdncit sum ratione
vnus est ibi vnitas p consonaciam
nate est q vnitatem clauet in
essencia

d xxxv

Ic oritur questio

q predictis deducta. supra
pomit naliter apparati in
quod explanacionem dixit sem sim
esse concordiam q pr et filius dili
gunt se spu scto. ideo hic monet
questionem de illa locucione et hoc fa
cit in ista questione. est aut hec distin
ctio in iiii ptes in pma monet
mgr pncipalem questionem propositam
si verb pat et fi diligunt se ss
scdo vero monet aliam questionem hic

similem que facit ad eius expla
nationem et hoc facit ibi pcta diligens
investigari etc. et est illa questio vtra
pr sit sapiens sapia genita, tercio
vero redit ad pncipalem questionem decian
dam et hoc facit ibi. pcta diliger
nouus est. pma ps habz p in pa
mgr monet questionem et opponit in ra
uidet questioni. sz non videt obiectioni
ibi hinc questioni cu aliqui pceda
diligenter investigari optet. hec est
2a pticula in qua determinat mgr questionem
aliquam. s. vtru pr sit sapiens sa
piencia genita et q ad determinacionem
huius questionis tria alia dubia concur
runt. ideo hic hec ps quatuor ptes
scdm quatuor dubitaciones quas mo
uet et determinat ista questionem vtrum
pr sit sapiens sapia genita quia
determinat in ptem negatiua. scdo ait
determinat questionem aliam. vtru filius
sit sapiens sapia ingenita quia de
terminat in ptem affirmatiua ibi po
hec querit solet etc. tercio monet
hanc questionem vtru filius sit sapiens
p seipm vel se ipso quia determinat p
distinctionem qd se ipso pt teneri originalit
vel formalit et hoc ibi teneri ad
solet vtru filius etc. iiii to monet
hanc questionem vtru pr duplicem
sapiam habeat quia determinat in ptem
negatiua. ondens hanc questionem et eius
rationem nd esse responsionem dignam et hc
facit ibi po hec queri solet a quib
busdam. vtru vna tm sit sapia
pcta nouus est. hec est pticula 3a
in qua redit mgr ad questionem post
positam et hic hec ps duas ptes
in pma obicit accipiens rationem
ex determinacione alterius questionis. in 2a
vero loco solucionis suaz insuffi
cienciam ostendit et hanc questionem

determinandam pro venti lectori velim
sunt et hoc ibi. difficilimum intelli
gitur hanc quaestionem etc.

Ad intelligentiam huius quaestionis
duo principaliter quaeruntur secundum duas
quaestiones quas determinat magister. primo quae-
ritur de hac locutione pater et filius
distinguunt se spiritu sancto. secundo quaeritur
de ista alia: pater est sapiens sapientia
genita. Circa primum ad primum duo quae-
runtur. primo quaeritur utrum illa lo-
cutio sit admittenda. secundo quaeritur
in qua significatione teneatur ille ab-
lativus et utrum sit admittenda
ostenditur auctoritate et ratione. primo sic
Augustinus VI de Trinitate v c. ille est ali-
quis duorum quo genitus a gignen-
te diligitur et genitorem suum
diligit. Sed hic est aliquis et non est
pater vel filius, ergo est spiritus sanctus. Item
Ieronimus sicut pater unus spiritus sanctus et amor
patris ad filium et filii ad patrem. Sed a-
more qui est patris ad filium pater
amat filium et econverso, ergo etc. Item Ro. de
amore dei amas te ipsum o la-
bilis dilecte. cum a patre et filio pro-
cedit spiritus sanctus amor patris ad filium
et filii ad patrem et unitas amor
ut sit unitas. Item ratione ostenditur sic
magister Hugo de sancto victore facit ta-
lem rationem in epistola quadam ad [illegible]
si recte diceris amare amore qui
a te procedit, cur non pater et filius
recte dicuntur amare amore qui
ab ipsis procedit et iterum ibidem. Sed
spiritus sanctus esset amor cordis tui si-
cut patris et filii quomodo quaeso posset
negare spiritus sanctus. hoc est amore bo-
ni diligere. Item alia ratione videtur
sic. sicut se habet verbum ad dicere
sic amor ad diligere. Sed pater verbo
suo quod ab ipso procedit dicit se et
omnia quia pater verbo suo quod
ab ipso procedit seipsum declarat. ergo
pater et filius amore qui ab ipsis
procedit seipsos diligunt. Item sicut
filius non est producti nisi generando
sic nec amor nisi diligendo.
ergo pater et filius diligendo se pro-
ducunt spiritum sanctum qui est amor
personalis aut igitur diligendo a-
more qui est spiritus sanctus aut qui non
est spiritus sanctus. si non amore qui est spiritus sanctus et
amor ille est essentialis aut per-
sonalis. si tunc erunt duo perso-
ne in divinis quibus conveniret
amor proprie. quod est impossibile. Sed
nec essentialis quia ille est spiritus sanctus
et iterum si essentialis tunc ergo con-
veniret spiritui sancto. spiritus sanctus producet
restat igitur quod producunt spiritum sanctum
diligendo se amore qui est spiritus
sanctus aut igitur diligendo et a se-
ipso aliud. quia pater aliud exigeretur
ad producendum spiritum sanctum ergo diligendo se
spiritus sanctus producit. spiritus sanctus ergo pater et filius
diligunt se spiritu sancto. Contra diligere est
idem quod velle bonum et velle id
est quod etc. ergo eo quo pater et filius
se diligunt sunt. Sed non sunt spiritu sancto
ergo etc. ergo cum hec sit falsa pater est
spiritus sancti. spiritus sanctus hec similiter diligunt
se spiritu sancto. Item sicut se habet sapere ad
patrem respectu filii ita diligere ad
patrem et spiritum sanctum respectu spiritus sancti. Sed hec est
falsa pater est sapiens sapientia geni-
ta. ergo illa similiter. Item omne falsum
infert singularem. Sed hec falsa pater
diligit se spiritu sancto. ergo et prima. Sed

dicas quod diligere tenetur notionaliter.
Contra nulla notione convenit
mutuo reflecti unam personam
super aliam sed secundum dilectionem est
mutua reflexio in predicta locu-
tione ergo diligere non tenetur no-
tionaliter ergo idem quod prius. Item
nulla notio convenit duabus personis ~~nam~~ pater
et filius diligunt se convenit duobus nam
pater diligit filium spiritu sancto et filius di-
ligit spiritu sancto quod patrem ergo non te-
notionaliter ergo idem est quod prius. Item
pater et filius eodem amore diligunt
se et nos. sed dilectio dei ad nos est
essentialiter cum connotet effectum in
creatura ergo pariter cum deus diligit se
Item si tenetur notionaliter quero quia
notione non est dare nisi spirationem
ergo aut passive aut active. si ac-
tive ergo idem est diligunt se quod
spirant. sed hec falsa spirant se ergo
et prima. Si passive hec illa non
solvitur quia si sed de solo spiritu sancto. Si
dicas quod denominative predicatur Contra
omnes proprietates que de persona predicantur
in duobus concretive pure et abstracti-
ve ergo cum processio non conveniat patri
et filio in abstractione ergo nec denomi-
native. Propter has difficultates intelli-
gendam est notandum quod quidam posuerunt hanc
locutionem simpliciter negaverunt et dixe-
runt omnes consiles esse retra-
ctatas esse a beato Augustino in sua pli-
in hac scilicet pater est sapiens sapientia
genita, sed hec solutio non potest sta-
re quia non solum eam dicit Augustinus
sed etiam sancti alii quorum dicta Augustinus
non retractavit. Ideo sunt alii qui
eam simpliciter concesserunt dicentes
hanc locutionem debere intelligi per
appropriationem non per proprietatem ut sit sensus

pater et filius diligunt se amore
communi appropriato spiritui sancto. sed ista solutio non
potest stare quia tunc pariter hec esset con-
cedenda pater et filius sunt boni
spiritu sancto cum spiritui sancto bonitas appropriatur quod
tamen nullo modo conceditur. ergo prima o-
pinio non potest stare que simpliciter di-
lectas locutiones negat cum multiplex
auctoritas eas dicat. Similiter sequens que
simpliciter concedit non potest stare cum mul-
tiplex ratio contradicat. Restat igitur
eligere opinionem mediam scilicet quod uno modo
sit vera alio modo falsa. Nam hoc quod
est diligere potest teneri vel notionaliter
vel essentialiter. secundum quod tenetur essen-
tialiter dicit verbum complacentie que com-
munis est tribus. secundum quod tenetur notio-
naliter sic dicit verbum fecunditatem
ad producendum personam ex se que quidem
fecunditas solum est in duobus quamvis
voluntas sit in tribus. si ergo tenetur esse-
tialiter falsa est locutio quia tunc sensus
est pater et filius sunt spiritu sancto et in
hoc sensu pronomen in verbo construitur
recipiente. si autem notionaliter vera est
sicut probant rationes ad oppositum
et in hoc sensu pronomen construitur
cum verbo retransitive. Unde sensus est
pater et filius diligunt se i. pater diligit
filium et filius patrem tunc vera est lo-
cutio quia amor qui est spiritus sanctus
est amor nectens patrem cum filio et
converso et tunc non licet inferre ergo pater
diligit se spiritu sancto. et hoc patent via
media. Nam primum procedit secundum quod
diligere tenetur essentialiter. sed pariter
niam sapere non dicitur notionaliter
sicut diligere sed vel est quod vel
appropriatum. Item pariter quia procedit
in quod obliquis construuntur recipi-
ent et tunc diligere tenetur

notionaliter. Ad illud quod obicitur quod non
possit dari tenere notionaliter intel-
ligendum est quod sicut generatio duplex po-
test signari uno modo ut dicit emanationem, alio
modo ut dicit modum emanandi super addi-
tam expressionem, et primo modo per hoc verbum
generare, 2o modo per hoc verbum dicere, sic
et spiratio duplex potest signari primo modo
per hoc verbum quod est spirare, 2o modo per ali-
quod est verbum diligere, quemadmodum
dicere importat generationem et ultra gene-
rationem expressionem circa personam sic et
diligere. Unde sicut dicere importat
actum generandi et declarandi sive expri-
mendi, et ratione actus declarandi pa-
ter se dicitur verbo, hoc est declarando
sive exprimendo generat verbum vel
generando verbum se exprimit verbo, sic
et in proposito diligere actum importat
connectendi sive concordandi et spirandi,
et ratione actus connectendi dicitur pater
et filius diligunt se spiritu sancto, hoc est
in invicem concordando spirant spiritum
sanctum vel spirando spiritum sanctum in invicem conveniunt.
Ex istis patent obiecta contra nos cum obicitur
de mutua complacentia, patet responsio quia
hic actus est notionalis et non intellectui.
Ad id quod obicitur quod diligere essentialiter convenit
tribus et dicitur respectu creature, dicendum
quod non convenit tribus ratione spirationis
quam importat, et ideo communis dicitur
respectu creature non tamen dicitur notionale
omnino sed connotat aliquid notionale,
dicit tamen notionem ratione respectus
quem importat ad personam sicut
superius dictum est de verbo et dono. Ad
illud quod obicitur per quam notionem spirat
pater quod spirat per quam spirare verum
non licet per eam ponere verbum spiran-
di quia alio modo importat illam no-
tionem. Unde sicut generatur hoc
pater dicat verbo non tamen hoc pre-
dicat filio et tamen dicere importat gene-
rationem sic in proposito intelligen-
dum est.

Secundo queritur in qua habi-
tudine construitur ille ablati-
vus cum dicitur pater et filius dili-
gunt se spiritu sancto, et quod in habi-
tudine forme videtur per ista: quia
petrus diligit amore a se procede-
nte formaliter, ergo pari ratione pater
et filius diligunt se spiritu sancto formaliter.
Item nichil denominat aliquid
ad quod comparatur ut ad principium solum
non competit ut informans, nam
spiritus sanctus est a deo non tamen
dicitur deus amare, sed amor est a
patre et filio ideo dicuntur amare,
ergo amor est in ratione forme. Item
omnis nexu aliqui nectit tenetur for-
maliter, sed spiritus sanctus est nexus, ergo
aliqui illo nectuntur non nisi pater
et filius, ergo etc. Item omni albedine
aliquid est album formaliter, ergo omni
amore aliquis est amans formaliter,
sed non amans formaliter amore
nisi ille cuius est amor, cum igitur
spiritus sanctus sit amor patris et filii ergo etc.
Item omne quod diligit formaliter
alio a se est diligens solum per
participationem, ergo si pater et filius dili-
gunt formaliter alio a se ergo dili-
gunt per participationem, sed hoc est
inconveniens, ergo etc. Item si aliquis
diligit aliquo formaliter illo tamen
septo impossibile est intelligere amorem
in eo sine ipsum amare, ergo si pater
et filius diligunt spiritu sancto impossibile est
intelligere patrem amare non in-
tellecto spiritu sancto, sed hoc falsum, ergo
et primum. Item nulla hypostasis

est forma. sed amor qui est spiritus
sanctus est ypostasis. ergo non est forma.
ergo nullus amore illo diligit for-
maliter. Item nullum relativum potest esse for-
ma sui correlativi. quia si quod for-
ma et formatum sunt unum relativum
aut distinguuntur a correlativo. sed
amor qui est spiritus correlative se
habet ad patrem et filium. ergo etc. Item omnis for-
ma est quid nomen nunquam est forma.
ergo si pater et filius diligunt spiritu sancto
formaliter amor ille procedit dili-
gere patris et filii. sed hoc falsum quia dilec-
tio ponitur. ergo etc. Pro dicendum quod aliqui
posuerunt quod ille ablativus construitur in
ratione signi non in ratione forme.
nam spiritus sanctus se habet per modum pro-
ducti respectu dilectionis patris et filii et
ideo illius est signum. unde dicunt
quod iste est sensus loquendi. pater et filius
diligunt se et huius signum est quod
procedit spiritus sanctus qui
est amor unionis et indivisus. sed
hec positio non est sufficiens. licet enim ab-
lativus posset construi vere in ra-
tione signi sive verbo. tunc hec esset
vera pater et filius diligunt se amo-
re creato. quia amor creatus signum est
illius quia illius effectus. si tu di-
cas quod istud non est signum ita proprium
primum. obicitur quod tunc hec esset vera
simpliciter pater est sapiens sapientia geni-
ta cum sapientia genita signum sit
maxime sapientie in patre generante. ali-
orum positio fuit quod ambo i.e. construitur
in ratione forme. dicunt enim quod di-
ligere se nichil aliud est quam de pa-
tre et filio quia in unionem connecti
et quasi nexu formali connectuntur
et spiritus sanctus est ille nexus ideo formaliter
loquendo vera est pater et filius diligunt se spiritu
sancto hec similiter est vera pater et filius

nectuntur nexu. sed hec positio non
potest omnino stare. quia cum dicitur pater et
filius nectuntur aut nectuntur dicit a-
liquid quod sit in patre patre et filio et spiritu sancto
aut quod est in eis ut prolatum a spiritu sancto.
si quod est in eis a spiritu sancto ergo pater et filius
aliquid receperunt a spiritu sancto si ad eum
possunt recipere patrem ergo totum. ergo sit
a spiritu sancto quod est inconveniens. restat ergo
quod hec quod est connectuntur dicit aliquid
quod est in patre et filio ut prolatum. spiritus sanctus
ergo sit passiva secundum modum dicen-
di activa est secundum rem et sic hec spiritus sanctus
comparatur ad connexionem ut ad prin-
cipium non ut in ratione forme. omnino
patet ergo quod prima positio dicit nimis
sufficienter. secunda dicit minus convenienter
quam verius exprimit. et prima fuit magistri
symonis tornacensis secunda fuit magistri
willelmi antisiodorensis et licet neutra sit
omnino sufficiens tamen utraque habet aliquid
in se verum. nam prima dicit quod spiritus sanctus
se habet ad patrem et filium ad modum pro-
ducti et hoc quidem verum est. Secunda
dicit quod amor comparatur ad amantes
ut in ratione forme et hec quidem
vera est et ideo ex hiis duabus posi-
tionibus quarum una est insufficiens
alia excedens colligitur media positio
sobria et sufficiens videlicet quod ille
ablativus construitur in ratione effectus
formalis dicat notare effectum
qui est ex forma et hec fuit positio ma-
gistri de sancto victore qui hoc clare vidit
veritatem unde redarguit illos qui
reputant hanc questionem insolubilem.
unde dicit quod sic omnino dicere ego di-
ligo te amore a me procedente ibi
est constructio in ratione effectus forma-
lis secundum propositum et hec similiter est vera
unica amor a te procedens est in te

requiescens ut uniens et inherens
quod est actus sed in divinis amor a
patre et filio procedens est in eis re-
quiescens ut uniens non tamen
ut inherens quia non est actus sed
substantia et ypostasis et ideo habet mo-
dum rationem forme. concedende sunt
rationes ad hoc inducte quod albus
habet duplicem modum rationem forme quod
tamen ultimo obicitur non valet quia
omnis albedo est forma, sed aliquis
amor est ypostasis / ad illud quod
obicitur in contrarium Si formaliter aliquid
diligit. ergo per participationem. dicendum quod
diligere alio per certam fit participa-
tionem. sed affectus personalis non [illegible]
lingua animi humani amor non
est, sed ab ipso procedit amor ideo se-
ipso non diligit pater vero amor est
et spiritus sanctus cuius amor est ideo
diligit seipso diligit eciam spiritu sancto
et ideo patet quod non per participationem
et ideo patet sapiens, quod cum pater
seipso diligit amore notionali lo-
quitur intelligi amare patrem spiritu sancto non in-
tellectu, si autem non est de amore
notionali rationes sequitur procedit
de forma secundum quod habet perfectionem ac-
tuum forme, forme enim est inherere
et id non est ypostasis ideo eciam non
distrahi ibi vero albus cadit ab
actu forme qui est inherere et tenet
actum forme qui est unire / ad illud
quod obicitur quod forma procedit id est omnis
est forma dicendum quod loquitur de for-
ma secundum quod habet rationem esse quia
sic procedit, sed albus cadit a racione
[illegible] quod sic constringitur per modum
effectus formalis. patet ergo quod quedam
non ibi est racio forme quedam non
racio signi et in hoc patet responsio ad
omnia quesita

Consequenter est quod phisicatur de
hac locutione pater est sapiens
sapientia genita et contra hoc que-
runtur duo. Primo queritur utrum illa
locutio sit admittenda. 2o ad in-
tellectum huius utrum sit hec admit-
tenda, pater est potens potentia
genita

Quod autem prima locutio sit ad-
mittenda obicitur hoc modo
1 cor. 1 christum dicimus dei virtutem
et dei sapientiam sed unumquodque est sa-
piens sua sapientia ergo si christus est sa-
pientia patris et sapientia genita pater
est sapiens sapientia genita / Et augustinus
vi de trinitate. filius est ars quedam
omnipotentis et sapientis dei ubi omnia
novit sed unumquodque arte sua sapiens
est sua arte, ergo pater est sapiens fi-
lio ergo etc. / Item hoc videtur ratione per-
fecte quod omnis amans a quo procedit
amor est amans amore a se pro-
cedente ergo omnis sapiens a quo
procedit sapientia est sapiens sapientia a
se emanante. sed pater est huiusmodi ergo etc.
Et augustinus xv de trinitate novit deus pater
omnia in seipso novit et in filio sed
in est nosse omnia et sapientissimum
esse si ergo omnia novit in filio non
tamen seipso sed eciam filio est sapiens
Et deus pater omnia dicit verbo suo sicut
dicit augustinus xi confessionum verbo tibi coeterno
dicis quecumque dicis. sed dicere ut dicit
anselmus est intelligere ergo pater omnia in-
telligit verbo mediante ergo tamen idem sit
esse sapientem et intelligere patet etc.
Item in divinis sapere est esse. ergo si
pater est sapientia genita ergo et sapientia
genita hoc autem falsum ergo et primum
Item non intellectus gravatur quia
est intelligere deum sapientem. ergo
sapientia genita non est racio sapiendi dei
patris. dicendum quod sine distinccione
sapientem dicitur essencialiter quod

locutio simplex est falsa. et si ali-
qui legitur ab aliquo sancto est exponen-
da. unde augustinus in libro retractationum
illas videtur retractare dicens quod nimis
illam questionem in libro de trinitate tra-
ctavit ii. scilicet dicat quando credentes
illam rationem non valere si pater
sit sine filio cum filius sit eius
sapientia pater sit insipiens. quia sapientia
non tantum convenit filio sed patri et
filio et spiritui sancto et hoc ipsum dicit de trinitate
et hoc in pluribus locis secundum magistrum
in xvi° et xv°. Ad aliud quod obicitur
quod filius est sapientia et virtus patris.
dicendum quod ista conceditur filius est sa-
pientia patris. nec tamen ista pater est
sapiens sapientia genita. unde nota
quod cum dicitur sapientia alicuius hoc dupliciter
dicitur aut sicut subiecti ut albedo
petri. aut sicut principii quod eius
originem importat. cum ergo filius est
sapientia patris non aut dicitur pater est
sapiens sapientia genita ablativus
construitur in ratione causalitatis vel in
habitudine forme vel principii et
materie forme et ideo falsa est quia
filius nec forma nec principium
est patris. si tamen quedam sunt que non
construuntur in ratione formalis effectus
sicut amor sic amante a quo pro-
cedit dicendum quod non est simile et causa du-
plex est. una communis alia spe-
cialis. communis quia sapientia est a vo-
luntate quia quidem sunt actus qui
dicunt motum a rebus ad animam ut
sapientia quedam ab anima ad res ut a-
mare. Item comparatio amoris ad ama-
tum est in ratione excuntis non
in ratione incipientis et ideo amor
de se importat formam et effectum sed
sapientia quia dicit ad intelligentem non
ut ab intelligente ideo ablativus
non importat formam nec effectum et

ideo est locutio falsa. alia ratio est
specialis in divinis quia amor procedens
est amor qui est non per modum affectionis et dili-
gere sic dictum notionale. unde impor-
tat originem ut supra monstratum
est sed sapientia semper essentialis et sic
quod est sapientem nullo modo per no-
tionale. quia nullo modo dicit originem
est locutio falsa. Ad aliud quod obicitur
quod pater novit omnia in filio dicendum quod
differt dicere novit filio et in filio.
Nam cum dicitur novit filio ablativus
importat rationem forme vel prin-
cipii cognitionis et ideo falsa est simpliciter. Ergo
dissolvit quare non dicuntur tres per-
sone unius [illegible] sic [illegible] tres
persone unius essencie ibi [illegible]
[illegible] est cum deus sit [illegible]
[illegible] hec est secunda pars in qua agit
de [illegible] et habet ista pars tres
[illegible] in prima dicit et ostendit quod [illegible]
[illegible] in secunda ponens [illegible]
[illegible] ibi [illegible] [illegible]
[illegible] in tercia quod [illegible] non
homo [illegible] dicit [illegible]
sine [illegible] ad personam [illegible]
[illegible] esse [illegible] et [illegible]
fidei [illegible] ibi [illegible] non est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
quod in assignacione [illegible]

d. xxxiii.

Hec est tertia particula in qua agit
magister de nominibus transsumptiue que pos-
set dividi. Contin. textum precedentem
precedentem de divinis nominibus. sed
quia magister parum aut nichil determinat
de huiusmodi nominibus ideo fere incidenter
cum epilogatione est positum. Unde
hec particula duas habet in prima
quidam de nominibus translatiuis tra-
dit instructionem. In 2a vero ponit p-
ducto epilogationem in qua tracta-
tum de sacramento fidei et vir-
tutis sunt ordinis se in hoc tractatu
tractatum posse descripsisse qua suffi-
ciunt materie altioremque. Hoc fuit in
de sacramento virtutis et fidei etc.

d intelligentiam premissorum
mo^r quaeruntur. Primo quaeritur
utrum in divinis sit ponere additionem.
2o utrum in divinis sit ponere predi-
cationem. 3o utrum sit ibi ponere
translationem. Quantum ergo ad primum
quaeritur utrum in divinis sit ibi po-
nere additionem. Videtur quod sic quia res nature
addit super naturam et quod sic videtur
hoc modo. Hylarius de trinitate aliud est
natura aliud res nature. Sed intellectus
nature claudit in re nature ergo si
est aliud nature et quod res aliquid ad-
dit. Item Boecius de duabus naturis
et una persona Christi natura et persona di-
stinguenda sunt et persone rationibus
separanda. Sed quorum diffinitiones sunt
diverse ipsa sunt diversa ergo etc. Item
cadit in diffinitione persone non
est quod diversitas veniat ratione ad-
dita ergo etc. Si dicas quod non diffi-
nitiones et persone non sunt diverse
re sed secundum rationem intelligen-
tium excludit quod intellectus ille
cassus est et vanus cum in re
nichil sibi respondeat. Item hoc ipsum
videtur ratione quod quanto aliquid in

pluribus invenitur tanto simpli-
cius est. Sed essentia vel natura est
in pluribus persona vero in uno so-
lo ergo non simplicior. Sed non est sim-
plicius nisi simplex quoniam ad ali-
quid per appositionem additionem ergo etc. Item
quanto aliquid est maioris abstra-
ctionis tanto simplicius. Sed natura
est maioris abstractionis quam persona
quia abstrahitur a pluribus et intel-
ligitur naturam sed non personam ergo per-
sona addit aliquid super naturam
etc. etc. Item hoc est proprium personae
nostre de nullo eodem et simul
vera affirmatio et negatio. Sed aliquid
vere affirmatur de persona ut distin-
guitur quod negatur de natura ergo non
sunt idem. ergo in persona aliquid quod
non est in natura vel e contra. Et si
hoc unde addit super aliud. Item
hoc est primum per se notum. quecumque
sunt eadem uni et eidem sibi
invicem sunt eadem et inter se sunt
eadem. Sed ergo natura sit una et eadem
si persone omnes idem sunt cum
natura et nichil addunt ergo persone
sunt ad invicem eadem. et sic redit
error Sabellii quod una persona sit al-
tera est sicut aliud ergo etc. Contra Augu-
stinus de trinitate non est aliud deo esse
aliud personam esse. ergo persona non addit
supra se etc. ergo nec super naturam.
Item summe simplicitati nulla potest
esse additio. Sed divina persona sine res
nature est summe simplex ergo etc. Re-
spondeo dicendum sicut se habet quod
quicquid est in uno est aliud per
essentiam unum non addit supra
reliquum. Sed quicquid est in persona est
deitas ergo etc. Maior manifesta est.
Minor patet sic quia in persona non est
nisi filiatio et essentia. Sed filiatio illa
est deitas quia est deus et deus

" Utrum in divinis sit ponere compara-
tionem " 2o

non quia se ipso quia tunc esset per
participationem. Ergo se ipso est deus et dei-
tate est deus et ista quae est de in-
tellectu personae est ipsa natura per concomitantiam.
Et simplex perfectio est communia ut supra
probatum est. Restat ergo probandum quod nihil addit.
Item si addit aut addit aliud aut
idem. Non idem quia addere sibi non est intelli-
gibile. Si aliud aut ergo aliud formaliter
aut accidentaliter. Non accidentaliter quia
non est accidens in divinis, nec formaliter
quia tunc caderet ibi diversae substantiae
et naturae. Ergo natura vel communia simpliciter
personam differt a persona. Et hoc est
manifeste falsum. Item si addit aliquid
aut illud est formale aut materiale.
Non materiale quia deus est purus ac-
tus. Non formale quia formale non
est nisi respectu materialis. Ergo cum in
deo non sit aliquid materiale non
potest addi aliquid formale. Ergo nihil.
Item si addit aliquid super divinam
naturam aut est melius divina natura
aut aequale aut minus. Non me-
lius constat, et quod non peius quia
tunc esset creatura. Non aequale quia
tunc sit aequale [illegible]. Ergo omnino
nihil. Respondeo dicendum quod cum quaeritur utrum
persona sive res naturae addat
super naturam. Respondeo dicendum quod est loqui
de additione dupliciter: aut quantum
ad intellectum vel quantum ad intelle-
ctum. Si intellectus huius nominis persona
sive hypostasis sive rei naturae in-
cludat intellectum naturae et addat ali-
quid intelligere ad quod natura est com-
posita ita intellectu et additio.
Et hoc patet primo cum de supposito
rationalis naturae distinctum proprietate
[illegible] intellectus personae quam pluribus
intellectibus componitur et addit ubi
intellectus naturae. Ergo constans est
quod quantum ad intellectum addit perso-
na super naturam. Iste autem intellectus
falsus non est quia nec naturam per illam
additionem distinguit nec componit
personam. Non distinguit naturam quia et
si addat super intellectum naturae
proprietatem non addit in recto ut
intelligas personam naturam esse et proprie-
tatem, sed in obliquo est intelligens
persona est suppositum rationalis naturae di-
stinctum sive quod est hypostasis di-
stincta et ideo non ponit distinctionem
cum natura nec intelligit eam di-
stingui. Rursus personam non com-
ponit nec aliquid ei quod non sit
in ipsa imponit. Et hoc patet quia
intellectus sanus et fidelis intelligit
et credit personam divinam et sim-
plicissimam, intelligit eam [illegible]
omnino esse perfectissimam. Unde sicut
[illegible] praeter hoc quod perfectis-
sima est intelligit omnes conditiones
nobilitatis et naturae quae ibi sunt et
cum illas conditiones quamvis intelli-
gat ut multas scilicet potentiam, sapientiam, bo-
nitatem, cum credat et sciat omnia
haec in deo idem una esse, intel-
lectus non est falsus nec vanus quia
non ponit in deo quod non sit nec
componit [illegible] per hunc modum se ha-
bet intellectus personae. Unde ipsam dat
simpliciter quia quamvis in ipsa dicat
naturam esse et naturam et suppositum
[illegible] est suppositum et proprietatem quae
est proprietas [illegible] omnia
esse unum et unum et aliud. Re igitur
existente simplicissima non est addi-
tio et compositio ita intellectu sine
vanitate et falsitate. Si autem loqui-
mur a parte rei, sic dicendum quod cum

tunc vero [illegible] intelligitur quod persona sit distincta realiter

addicio ex parte rei poneret composicionem
et divina persona simplicissima sit
est impossibile. Si enim quod ibi
sit aliqua addicio, et ita secundum rem
nichil addit relatio nisi supra naturam
sed rem et essencia persona non, et si
nulla est addicio, et nulla diversitas
secundum rem inter personam et naturam. Et ad
hec qualitercumque intelligendum cum
hec sit super vires humani
intellectus ponendum sicut vult Richardus
quod est distinctio per qualitatem et di-
stinctio per originem; distinctio per qua-
litatem est in creaturis non potest esse
sine addicione, quia hec distinctio
habet ortum ex addicione nunc ad
formam; distinctio autem per qualitatem
dicitur quando unus distinguitur ab alio
per proprietates absolutas ut patet (?) unus
nullus est albus et alius niger. Di-
stinctio per originem est cum unus
ponatur et alius ponatur; et quem-
admodum distinctio per qualitatem vera
distinctio est et secundum rem, ita di-
stinctio per veram originem vera est
distinctio. Sicut enim unus non potest
simul esse albus et niger, et ita non
potest unus et idem ponere seipsum.
Sicut igitur in divinis intelligitur esse
vera origo, ideo intelligitur ibi esse
vera distinctio; cum enim intelligo
patrem ponere intelligo ipsum se
ipso ponere; sic cum intelligo di-
vinitatem personam agere pari ratione et
filium seipso poni. Ideo ponere in-
tellectus addit filius nec ponit ali-
quam composicionem in filio; ideo nec
ubi est vera origo ibi sit vera
distinctio intelligitur ibi esse sine
addicione et distinctio sine addicione
intelligitur ibi esse. Quamvis autem
persona sine relatione nec se habeat
ad naturam per addicionem tamen nichilominus

differt secundum racionem aliquid non
esset intelligibile quod plures essent
persone in existente unica deitate aut
secundum racionem est quod essencia non con-
venit ab essencia, nec se habet ad aliquam
essenciam, sed persona habens ortum
a persona et se habet ad illam. Si-
cut [illegible] racionem hic propositio prima
unitas et nobilitas divini esse non
admittit illa essenciam pluralitatem
sicut illa personam, et hunc racio dicta
est supra questione xv. Cum igitur
modus habendi se ad aliud et conveni-
endi non ponit composicionem in persona
secundum rem sed distinctionem realem ab
alia persona, ideo magis ille com-
paratur ad essenciam vel personam; cum
est modus iste comparacionis non ad
aliud ad quod est nec faciat disti-
nctionem secundum rem nisi res est, et ita
uno modo facit differre alio modo
racione. Hic patet quod quamvis una persona
non sit alia tamen relatio nec est natura per
partes; igitur quod ista sunt compossibilia
quod persona simplex sit et nichil ad-
dat super naturam nec differat nisi
racione et tamen hec generabilis sit illa
et illa ingenerabilis sit ista persona
hec distincta illa indistincta. Con-
cedende igitur sunt raciones probantes
quod persona sine relatione nichil
omnino addat secundum rem super naturam
ad id quod obicitur quod ad est relacio nunc
aliud non et similiter aliam habet ra-
cionem persona et natura, et dico quod
Boecius et Hylarius loquuntur in ea-
us. Si autem intelligamus in deo
sunt diversum quod est diversitas racionis
quia fundatur non super absolutum
sed super respectum quando nullam in-
ducit composicionem. Nam essencia non
refertur et tamen nec tamen est composi-

quia ipsa est sine respectu / Ad
aliud quod obicitur quod simplicius est quod
in pluribus reperitur. Dicendum quod reperiri in
pluribus hoc est duplex aut ita quod
unum illorum potest esse ubi non
est aliud, ut homo est in pluribus
hominibus etc. et hoc arguit veritatem. aut
ita in pluribus quod unum non est sine
alio, etc. est in personis. Nam una
non est sine alia etc. non arguit veri-
tatem. nam sic non est semper et
ubique ita in persona etc. patet quod
nichil addit a quo arguitur / Ad aliud
quod obicitur quod maioris est abstractionis etc.
Dicendum quod illud arguit veritatem ubi id
a quo abstrahitur aliquam facit com-
positionem cum eo quod abstrahitur sic
autem non est in deo / Ad aliud quod obicitur
quod affirmatio et negatio non est simul
verificari de eodem. Dicendum quod quedam incomplexa
diversa ratione sufficit ad affirmationem
et negationem. Unde intelligendum est
quod de eadem re et ratione et persona
differt aliquo modo a natura licet non
per additionem realem / Ad aliud quod obicitur
quod quecumque sunt eadem uni etc. inter
se sunt eadem etc. Dicendum est quod illud
fallit ubi est generatio plurium tan-
quam in genere ut dicitur in greco fallit
etiam ubi aliqua plura distinguuntur
per suas origines ut racionem dupli-
citatis in uno principio actus in-
nuitur et tamen ad invicem distinguuntur.
quia tres divine persone in natura
conveniunt tanquam in uno genere et
per ea distinguuntur ad invicem per
originem. ideo patens est quod non
valet et sic dicitur quod precedit ubique ve-
est si sine intelligatur. Preterea quod
notandum quod quedam sunt absoluta
quedam respectiva divisio autem in

respectu venit non tamen a parte subi-
verdetur rei. Tamen hinc non tenet rela-
nisi intelligatur ad idem quia persone
per suas proprietates referuntur quamvis
unum sint in natura quia tamen non sunt
ad unum idem non sequitur etc. patet
aliud quod sunt idem

Secundo queritur utrum in divinis
sit ponere predicationem. Sed ut res
nature sine persona predicetur de natura
vel econtrario et quod non videtur Boetius in libro
de trinitate: deus est forma sine subie-
cto ubi non est subiectum non est ibi pre-
dicatio ergo etc. / Item Dionysius dicit
quod negationes de deo sunt vere
affirmationes vero incompacte, sed ubi
est verum aliquid de aliquo predicare est con-
venire affirmare, sed in deo non est
vere affirmare ergo etc. / Item hoc ipsum
videtur ratione quia ubicumque est pre-
dicatio ibi est complexio et compo-
sitio in deo nulla est complexio ergo
et nulla compositio / Item in omni
predicatione subiectum se habet ad modum
materie, sed in divinis nec est repe-
rire nec modum materie ergo nec pre-
dicationem / Item si est ibi predicatio aut
predicatur idem de eodem aut aliud de
alio. Si idem de eodem nullus
ex hoc oritur intellectus aliquis quia si
non esset predicatio ut patet cum dicitur
homo est homo. Si aliud de alio ergo in
divinis est aliud et aliud ergo compositio / Item
si est ibi predicatio aut predicatur res
nature de natura aut econtrario res non potest
predicari de natura quia res nature se habet
per modum suppositi ergo cum est substantia
et non predicari. ergo si predicatur
tunc ergo natura de re nature. Sed autem
natura est forma, sed omnis forma
dicitur relative ad informatum, nullum

aut relativum dicatur de alio quo-
modo non praedicatur de re naturae quo-
modo est ibi praedicatio, et quae ha-
bent oppositas proprietates unum non
praedicatur de altero, sed creatione vel in-
finitae perfectionis est communicabilius quam
res incommunicabilius. quod unum de
alio non praedicatur nec una persona
de altera, constat quod nulla est
ibi praedicatio. Contra Damascenus dicit
de personis quibus praedicatur. et videtur
videtur quod filius hic omnium verum
et hic omnium deus, quo verum est po-
nere in divinis. sed veritas et simplici-
tas compositionis. veritas namque [illegible]
quia est debilitas vel oppinio quod
in divinis est ponere compositionem quod
praedicationem. Item rebus [illegible] est nec
genus et species ibi est nec ponere prae-
dicationem. sed in divinis est nec genus
et species quod sit nec est
genus et persona forma sine ma-
teria [illegible] ergo etc. Item hoc unum est
[illegible] quod omnis praedica-
[illegible] hoc verbo est quod omnis
praedicatio est signum [illegible] sed ubi
[illegible] est [illegible] et signum
[illegible] in deo perfectissime et verissime
est [illegible] sic probando quod res
naturae non [illegible] nam quod
perfectissime praedicatio. et hoc est quod
dicit Boecius quod nulla verior prae-
dicatio [illegible] in qua idem de se prae-
dicatur. dico quod hoc est in divinis quod
omnes praedicationes in divinis sunt
verissime, pro quo dicendum quod est praedicatio
per inhaerentiam et est praedicatio per iden-
titatem et utraque est in deo reperire
per inhaerentiam ut cum dicitur pater genuit
vel deus creat. per identitatem
ut cum dicitur pater est generans vel
deus est creator. praedicationem per identi-
tatem est reperire in deo perfectissime
propter [illegible] qualitatem [illegible]

ibi est summa identitas. unde
omnes locutiones [illegible] verita-
tem ibi sunt verissime praedica-
tionum autem per inhaerentiam est ibi re-
perire propter intellectum nostrum debilem
quia licet actus in divinis sit
[illegible] et ipsa perfectus [illegible] cum
intellectus noster intelligit per res in-
feriores et enuntiat per vocabula re-
rum inferiorum tenet modum enun-
tiandi qualis est in inferiora. et
ideo significat per modum inhaerentiae quod
[illegible] quae in deo sunt [illegible]
[illegible] modum subiecti. intellectus
tamen iste non est falsus quia quem-
admodum intellectus abstrahens li-
neam a materia non est falsus quia
modum illud non ponit circa rem
sed circa suum intelligere sic intel-
lectus noster in divinis comprehensio
non ponit circa rem sed circa
suum intelligere et suum exprimere. communis
[illegible] in deo sit summa simplicitas
tamen exprimi non potest nisi per comple-
xionem. et ideo dicit Anselmus quod ve-
rius est deus quam cogitatur et ve-
rius cogitatur quam dicatur. nam et
si intellectus [illegible] per intelligentiam
ascendat ad cognitionem simplicitatis
non tamen potest hoc exprimere voce sim-
plici sed composita. ad id quod
obicitur quod in deo non est signum dicendum
quod verum est quantum ad rem est
tamen [illegible] ad modum intelligendi
vel enuntiandi. ad id quod obicitur
quod affirmationes sunt incompactae dicendum
quod hoc dicit quia nullum nomen exprimit
divinam [illegible] sic est omnino
vel dicit quod in affirmatione notatur
[illegible] hoc est [illegible] in deo a parte
rei et est omnino et bene [illegible] est
[illegible] quod nulla est ibi realis
compositio. ad id quod obicitur de com-
plexione dicendum quod [illegible] complexio

in sermone sicut compositum intelle
ctum secundum veritatem in re. Ad illud
quod obicitur quod modus non cadit
in deo, dicendum quod verum est quod non ca
dit modus ut coartans, modus autem ut
de quo et in quo bene cadit. Ad illud
quod obicitur autem idem praedicatur de se
ipso, dicendum quod aliquid idem re dif
ferens tamen secundum rationem intelligendi
et dicendi, ut bonitas et substantia. Et
quando idem secundum substantiam diversum secundum
modum se habet ut patet: est substantia
sine relatione est substantia et deus generat
et ideo aliquis intellectus capit
ex explicatione qui non capitur
ex simplici voce. Ad illud quod quaeritur
utrum res vere praedicetur de natura,
dicendum quod praedicatio pro indeptitate
et utraque de alio praedicatur nec est
compositio in ratione formae nec in
ratione materiae, sed aliud per inchoationem
tantum esse potest de priori ut patet est
dictum. Quod vero obicitur quod natura
est forma fundens est dicendum quod
forma unius non est relativa ad
informatum et cetera, non est accipere in
deo, et cetera patet illud. Aliter potest dici
quod dici relative est dupliciter vel
secundum esse vel secundum dici, ut videns
ad visum et intelligens ad intelle
ctum, et cetera unum dicitur de alio vel prae
dicatur secundum esse ut pater ad filium,
et cetera non pater natura ergo non dicitur re
spectu ad personam secundum esse sed secundum
dici et illo respectu nuptialiter (?)
cum dicitur quod natura est forma re
rei naturae. Hinc est quod dicitur ratione
illius respectus tres personae unius
essentiae vel naturae et una natura
trium personarum, non tamen dicitur tres personae
unius dici. Nam hoc nomen deus
non importat respectum secundum dici ad
personam tres personae ad eandem
ideo dicitur deus abraham ysaac

et iacob. Ad ultimum dicendum quod quan
titates non sunt oppositae proprietates,
sed sic dicunt sicut habent proprietates
et non hoc, quod cum personam habet
personam proprietatem relativam ideo disti
nguit et est incommunicabilis; sed quan
titas caret illa proprietate ideo quan
tum est communicabilis pluribus et ideo non
distinguitur ad invicem vel potest dici
quod proprietas quantitatis non est proprie
tas distinguens eas in creaturis,
unde communis homo sit quod et petrus
proprium non tamen impedit quin homo di
catur in petro. Quanto magis in deo,
quod autem illa intelliguntur de proprietatibus
separantibus et distinguentibus illa in
quibus sunt ad invicem.

Tertio quaeritur utrum in divinis
sit ponere appropriationem et quod sic vi
detur per quod est deveniendum ad intellectum
proprium, sicut patet quod per mediam in
telligentiam et voluntatem venitur ad
cognitionem trinitatis, sicut per unitatem
veritatem et bonitatem in quibus con
sistit ratio vestigii; si non deveniri
a quibus ad propria non quia aliquo
appropriantur, cum ergo sit deveniendum in
divinis per quia ad cognitionem proprium
est ibi appropriatio. Item adhuc est auctoritas
sacrae scripturae quae appropriat quia primo
ut potentiam patri, sapientiam filio et bo
nitatem spiritui sancto. Sed contra sicut se habet
proprium ad quid ita quid ad proprium, sed
proprium non potest communicari alio, ergo nec
quod appropriari, sicut ergo proprium potest in
quo alius sit quod sic nec quod
proprium. Item si est appropriatio in divinis
aut est secundum rem aut secundum intellec
tum; si secundum rem, sed ubi est appropriatio
secundum rem ad proprium dicitur ab
illo cui appropriatur, ergo in divinis est pro
prius et perfectius quantum ad essentialia
quod est inconveniens; si secundum intellectum

sed intellectus illi appropriatur cui magis indicat gre, quod nunc magis indicet intellectus in re superiam patri tamquam antiquiori illi debz appari si appropriatur in genere quod appropriatio est conveniens intellectus non quod attenditur secundum intellectum. Et ubi est appropriatio primus est secundum rationem intelligendi proprium quia appropriatum ratio cum appropriabilis per primus est in patre quod cum appropriatum sit quid per rationem intelligendi prius non erit proprium quia quod quod est in... Dicendum quod de appropriatis est loqui dupliciter aut quantum ad id quod significat aut quantum ad ordinem quem connotant. Si quantum ad significationem illud sit quod et omnino conveniat per naturam non convenit appari ratione superius a patre rationi appariter tamen ratione superius a patre intellectus non propter errorem timorem quia cum intellectus carnalis in patre carnali videt defectum potentie et in filio defectum sapientie et in spiritu sancto intelligit [illegible] cetera spiritualis intellectus inoleret a carnalibus potentiam patri attribuit quamvis non magis conveniat ei sed ne minus videatur convenire. Et de aliis. Si autem loquamur quantum ad ordinem vel originem quam connotant sic appropriantur a patre ratione prout convenientiam cum propriis personarum quia pater a nullo est et filius a patre et spiritus sanctus ab utroque et secundum hunc ordinem attenditur in potentia sapientia et bonitate ideo patet ratio appropriandi. Unde illa que non connotant aliquo modo ordinem vel originem non sunt appropriabilia. Ad id quod obicitur quod proprium non convenit [illegible] dicendum quod non est simile quia ex hoc quod quid appropriatur non attribuitur nisi ei cui non convenit. Sed si proprium fiat quod tunc attribuitur cui non convenit et ideo non est simile. Ad id quod quaeritur utrum appropriatio sit secundum rem vel secundum intellectum, dicendum quod per hoc quod est secundum rem dicitur aliquid appropriatum sive proprium appropriatis vel per hoc quod est secundum importationem rationis appropriandi. Si primo modo sic dicitur apparere et utriusque consequentiis sic appropriatio est secundum intellectum tantum. Si autem secundum dicit rationem appropriandi sic modo non est secundum rem sed quantum ad ordinem connotatum. Alio modo secundum intellectum quantum ad sanctum unde intellectus appropriat proprie intellectus sed non idem intellectus proprie sed intellectus sanus et fidelis proprie intellectus carnalis non ut tamen ei concedat sed ut ei obviet et ideo cum intellectus carnalis credat parum de potentia in patre spiritualis appropriat ei potentiam nec tamen intellectus est falsus quia non intelligit plus de potentia esse in patre sed non minus quam in filio. Si autem potentiam appropriaret filio tunc intellectus carnalis plus crederet esse in filio et ideo plus esset error patet illud. Ad ultimum dicendum quod appropriatio secundum id quod est prius est secundum rationem intelligendi quia proprium appropriatum aut sub hac intentione accipitur rationem proprii et appropriatum est inconveniens.

Quarto et ultimo quaeritur utrum in divinis sit ponere similitudinem et quod sic videtur per Ambrosium in libro de Trinitate sunt nomina que similitudinem et per similitudinem de deo dicuntur. Et Dionysius in libro de divinis nominibus theologi tamquam innumerabiles deum laudant ex omni nomine. Sed non

potest esse hoc nisi per translacionem quo
in divinis est ponere translacionem. Et
hoc videtur racione quia sacra scriptura dicit
deum irasci et dolere. sed hoc non
potest dici proprie. quod verum est quando dici-
tur translative. sed non omnia que
contingit nominare dolor et ira
maxime distant a deo. quia sicut
contingit transferre et omnia alia no-
mina. Item per prius contingit rem in-
telligere quam contingit et sicut contingit
et nominare. sed per omnia creata con-
tingit deum intelligere quia nominare
Deo autem omnes transferentes secundum ali-
quam similitudinem transferunt sed dei
ad creaturam non est similitudo cum
sit summa distancia quod etc. Item
similitudo est relacio comparancie quia si
propter similitudinem contingit nomina
creaturarum transferri ad creatorem pari
racione et econverso si illa racio transferatur
quod nec ista. Et similitudo est racio
translacionis quia nomina rerum ma-
gis dei similium magis debent ad de-
um referri. talia autem sunt nomina
angelorum quod illa transferuntur. quaeritur
quo que nomina debent transferri
et que non. Respondeo dicendum quod racione
finis translacionis duplex est. Una
in qua est laus dei alia manu-
duccio intellectus nostri. propter laudem
dei nomina est translacio. quoniam cum deus
infinitum est laudabilis nec propter inopiam
vocabulorum contingeret cessare a lau-
de sacra scriptura docuit nomina
creaturarum ad deum transferri et hoc
modo [illegible] ut sicut omnis cre-
atura laudat deum sicut deus lau-
detur ex omni nomine creature et qui
non potest uno nomine laudari
tamquam superexcellens omne nomen
laudaretur ex omni nomine alia ro

est manuduccio intellectus nostri quia
cum per creaturas ad cognicionem creatorem
venimus et ut plurimum fere omnis
creature habent proprietates nobiles
que sunt racio intelligendi deum
ut leo fortitudinem agnus mansuetudinem
petra soliditatem. species propter decorem
et consimilia ideo oportuit plura nomina
transferri ad deum. cum ergo sint in-
feriorum nobilitatem habens que sunt
ad finem cuius translacio sit ad lau-
dem dei. ideo nomina deportanciam
deformitatem non debent transferri ut
dyaboli. Bufo. vulpes quia magis
transferuntur ad vituperium quam ad
laudem. Praeterea cum translacio est
propter nostram insipienciam et similitudo in-
cipiendo a nostri est. via cognicio-
nis est translacio in creaturis tamquam
a notioribus ad creatorem sed non
convertitur. et quia magna similitudo
hic est plures ideo non transferuntur
nomina illorum simplia sicut sunt no-
mina angelorum ne forte aliquis cre-
datur esse deus. per hoc patet quod
translacio est in divinis et quid ad
nomina [illegible] racione omnia de-
cens omnia notabilis et patent
omnia prec primo. Quod cum obicitur
quod nulla est similitudo ~~per unius nature~~
quia summa est distancia dicendum quod non
est similitudo per unius nature parti-
cipacionem est tamen similitudo secundum analo-
giam et similitudinem et hoc in com-
paracione ad effectum sed de hoc ma-
gis alibi habitum est

Notandum circa ista sunt dubitaciones
[illegible] et primo de hoc quod
dicit magister [illegible] dicti occa-
sione [illegible] videtur
enim quod magister repetit [illegible]

contra illos qui dicebant naturam
non dici de personis. Quod videtur
Damascenus dicere. Tenendum igitur quod illi di-
cebant naturam dici de hypostasi
non est veritatem dicere. Quod enim dei-
tas dicat naturam patris etc. Respondeo
dicendum quod verbum Damasceni simpliciter
intellectum generat sinistrum intel-
lectum, et qui sic intelligeret sic
sonat hereticus esset. Sed ipse Damascenus
intelligit cum precisione, scilicet quod dei-
tas non dicitur de una hypostasi
tantum immo de omnibus. Item queritur
de hoc quod dicit (?) Item spiritus
dei aliquando significat personam sicut illud
Ysa. lxi. Spiritus domini super me etc.
videtur enim male dicere. Item Ieronimus
dicit ibi in glosa quod illo spiritu
intelligitur de quo dicitur Ysa. xi°
requiescet super eum spiritus domini et hoc
scilicet quod ibi accipitur pro persona. Item
ad hoc videtur alia auctoritas quod
aliud evangelista Luc. xi. dicit
si in digito dei eicio demonia
et glosa exponit digitum pro spiritu
sancto qui est tercia in trinitate persona.
Respondeo dicendum quod iste auctoritates non concl-
udunt. Auctoritates quod una scriptura
pluribus modis potest exponi. Nam
in illa auctoritate in qua dicitur Ysa.
lxi in qua dicitur spiritus domini super
me etc. agitur de missione filii.
et quia filius potest intelligi missus
secundum humanam naturam etc. intelli-
gitur loquendo missus a patre solum
[illegible] spiritus domini stat ibi pro patre.
Si autem intelligatur de missione
secundum humanam naturam sic intelligitur
de spiritu sancto qui est tercia in trinitate persona.
Sic intelligendum de auctoritate pre-
cedenti quod potest intelligi utroque
modo. Sed tamen spiritus accipitur
aliter et aliter. Item queritur de hoc

quod dicit Hylarius quod in aliquo
differt spiritus et dei natura nec aliud
sit si persona potest quod spiritus domini non
sit persona. Videtur enim male dicere quod argumentum
hoc non valet filius est filius patris
et sic spiritus sanctus differt natura patris
et spiritus sanctus dicit personam, argumentum illud non
valet quod facit Hylarius. Respondeo potest
dici quod Hylarius loquitur de spiritu
sancto secundum quod loquuntur nonnulli naturam,
sic autem non habet conparacionem, verum
[illegible] si intelligatur
de spiritu sancto dicit personaliter [illegible]
[illegible] habet. Nam si verum esset
non posset esse sine spiritu. Tunc ha-
berent pater et filius unum duos spiritus
et ipsi non essent unius nature.
Preterea si spiritus sanctus non esset filius
non videtur a patre. Et si non procedit
ab eo non distinguitur originaliter.
Quod [illegible] sed spiritus dei et deus
sunt unum essencialiter. Quod oportet
quod spiritus et deus essencialiter differ-
rent sive distinguerentur. Item
queritur de hoc quod dicit magister quod
verbum Hylarii non est idem nature
quod non recte intelligitur. Solucio con-
trarius. Videtur illa solucio non esse
conveniens quod Hylarius loquitur de spiritu
dei secundum significat naturam et rem
nature quod si nulla est differencia nullam
debet [illegible] facere ut videtur quod
si facit unum in spiritu sancto significat hoc
naturam et rem nature quod videtur
distinccio inter hec facienda. Respondeo
dicendum quod quod dicitur ab Hylario aliud
est natura ad rem nature autem intelligitur
de alietate a patre rei sicut illi here-
tici intelligebant. Et tamen [illegible]
solum in creaturis. Aliomodo potest dicere
alietatem sine differenciam [illegible]

182

rōnem etc. āt vltatem in diuinis etc. intelligit hylarius et dicit quod quod ad est esse rem aliud a deo non in quod aliud sm rem, sed ad sm rōnem signandi et intelligendi et sic audi / Item quitur de hac expone magistri quod non debet dici persona vnius dei sicud non est in trinitate aliquam nisi sciens vel subiectum / videtur enim male dici quod genus de sui rōne non importat subiectum nec diuinum. ergo non est sufficiens racio. Si dicatur quod hoc venit a parte finis hoc nichil est quod finis de se non importat respectum dominii / Et quitur hoc nomen essencia non importat sine excellenciam in genere sicut hoc nomen deus Et quitur non quare non possunt tres persone essencie sic vnius essencie pro dictum quod ad hoc quod genus nature abstracte et ipse nature est aliquam habitudinem importans vel sm rem vel sm modum intelligendi genus autem importat habitudinem principij ad principiatum vel eius vel possidentis ad possessum vel forme ad informatum vel specificantis ad specificatum habitudinem autem formale non importat nisi cum genus abstractum quod significat per modum forme et cum forma est hoc per modum exprimentis et declarantis ideo talis constructio non attenditur nisi cum genitiuo nominis abstracti alio determinato diuisio genere dicitur inter quoque forme set nichil est deus inter forme ideo hoc dicitur tres persone vnius essencie non autem tres persone esse nec / Deus autem non est nomen abstractum ideo non sequitur

cum genitiuo et vel in habitudine subi ut forma dei vel in habitudine specificantis ut natura dei sic creatura filius vel in habitudine principij ut creatura dei et cum dicitur tres persone vnius dei nulla habitudinem importat ipse nisi habitudo principij sui sine possessoris hinc est quod cum in isto sensu sit falsa locucio non est recipienda alia racio est ista quod locucio que est in vi declarationis eiusdem constituit ut cum dicimus inter quoque forme pro dictum quod forma inticius ergo si dicitur tres persone vnius dei dicitur vnius deus trium personarum et iste intellectus non est sanus ut videtur sic enim posset intelligi sicut dicitur vnius deus duo homines Et quitur de hoc quod dicit quod in summo bono consistit summum bonum

sic potencia sapiencia bonitate videtur enim male dici quod summum bonum specificat bonum quod si bonitas distinguitur contra potenciam et sapienciam pariter summum bonum / Item non videtur in quibus bonus esse quod summum bonum est aggregatum omnium bonorum et collectiuum ergo non vnum bonum tantum. pro dictum quod bonitas vno modo distinguitur contra sapienciam et potenciam alio modo non Si enim accipiatur pro bonitate moris sic consistit in voluntate et distinguitur contra alia duo. Si autem bonum accipiatur prout sic completiue omnia Est enim bonum natura hoc ad potenciam et bonum gratie et hoc autem perficit intellectum et ita sciencia autem perficit affectum et ita bonitas et hoc ita

complectitur bonum in sua universalitate et summe in sua integritate. Cum igitur unde bonum addi repugnabile est, ideo summum bonum in tribus consistit. Item quaerit de hoc quod dicit quod sapientia appropriatur patri potentiam ne videatur minus potens. Videtur hoc plus debere dici de filio quod minus potens cum fuit passus et mortuus, ergo magis debet ei potentia appropriari. Respondeo quod quia propter passionem visus est fecisse subditum et quasi impotentem propter quod iudeis [illegible] erat in scandalum et gentibus in stultitiam, ideo ipse apostolus communiter docuit [illegible] sapientiam appropriat filio scilicet Christo [illegible] virtutem nec concludit ad minimum virtute infirmitate et malunt ei appropriari virtutem quam potentiam [illegible] potentiam ultimum et summum de potentia sic vult philosophus quod virtus est ultimum de potentia, ideo malunt ei appropriari virtutem. Nec est inconveniens et diversis considerationibus non inappropriari unum in alio cum equalitas conveniat [illegible] potentiam ne credatur impotens propter [illegible] filio virtutem ne crederetur impotens sine debilitate propter assumptam humanitatem. Intelligendum tamen faciendum est [illegible] potentiam et virtutem sicut dictum est xxxii [illegible]

D. xxxv.

Ulterius supra disse-

ruimus ac plura diximus [illegible] egit magister de sacra [illegible] tibus et virtutibus. In hac parte agit de conditionibus [illegible] quae est in deo ratione [illegible] quae sunt scilicet potentia sapientia et voluntas. [illegible] autem hec per tres partes in quarum prima agit de scientia, in 2a de potentia infra distinctione xlii. Nunc sit de omnipotentia dei agendum est. In tertia de voluntate ipsa distinctione xlv. Tamen de voluntate dei. Hec prima pars habet tres. In prima agit de scientia in generali secundum se. In 2a agit de modis huius cognitionis utrum deus cognoscit mutabile vel immutabiliter. Et quod distinctione xxxix. [illegible] aut ad positum [illegible] In tertia autem agit specialiter ad speciales effectus infra distinctione xl. [illegible] est de bonis [illegible] Prima pars dividitur in tres. In prima [illegible] determinat de ipsa dei scientia. In 2a quod res agnite sunt in sciente per modum scientis determinat quod res sunt in deo distinctione xxxvi. Solet hic quaeri cum omnia dicuntur esse dei cognitione. In tertia vero incidenter determinat quod deus est in rebus distinctione xxxvii. Et quomodo deus [illegible] est [illegible] Prima pars quae continet presentem distinctionem. Prima habet tres. In prima cum dei scientia sit una determinat quare sortitur plura nomina. In 2a cum dei scientia vel prescientia sit eterna determinat quod se habeat ad temporalia vel creata [illegible] hic considerandum oportet utrum scientia vel prescientia. In tertia cum dei scientia sit causa ipsa cognoscit non causa ibi. Praeterea omnia dicuntur in deo esse [illegible]. In prima parte sciendum determinans dicit quod scientia [illegible] plura habet nomina propter connotata. In 2a dicit quod dei scientia esset si nichil futurum esset et esse scientia sed hoc non diceretur prescientia. In tertia [illegible] quod omnia habentur in deo per quas cognoscuntur insunt in ipso et ita omnia sunt presentia ei [illegible]

et similia et subdivisiones eorum pro maiori parte manifeste sunt in littera

Ad intelligenciam presentis distinctionis queritur de ratione divine cognitionis que ydea consueuit appellari. Et primo queritur utrum in deo sit ponenda ratio ydealis. 2° dato quod sic queritur utrum habeat pluralitatem secundum rationem. Tercio utrum pluralitatem habeat secundum numerum unum solum an singularum. Quarto utrum habeat pluralitatem secundum numerum finitum vel infinitum. Quinto utrum in ydeis sit pluralitas secundum numerum ordinatum vel dispersum.

Quantum ergo ad primum queritur utrum in deo sit ponere ydeas et quod sic videtur primo auctoritate augustini li. lxxxiii q. quod ydee sunt forme eterne et immutabiles que divina intelligentia continentur. Ex hiis verbis quibusdam concluditur quod ydea sit in deo. Item ratione obicitur sic. Omne agens rationabiliter vel ex proposito sive ex voluntate non a casu vel ex necessitate precognoscit rem antequam fiat. Sed deus est agens rationabilissime non a casu vel ex necessitate ergo cognoscit rem antequam fiat vel sit. Sed omnis cognoscens cognoscit rem secundum cognitionem vel secundum veritatem vel secundum similitudinem. Sed res antequam sint non possunt cognosci a deo secundum veritatem ergo secundum similitudinem. Sed similitudo rei per quam res cognoscitur et producitur est ydea ergo etc. Item omne quod determinate cognoscit in altero cognoscendo illud per se similitudinem cognoscit vel ipsum est eius similitudo sicut speculum eternum se videntibus dicit in cognitionem omnium entium sicut dicit augustinus quod creature ibi cognoscuntur quam alibi ergo restat quod in deo resident similitudines et consistunt quod sic in deo sicut in cognoscente quod non in alio recipitur sed sibi sed hec est tota ratio ydee ergo etc. Item quod res a deo producuntur idee sunt in deo tamquam in efficiente et deus verissime est efficiens. Sic quod ab ipso sumuntur idee verissime est finis ergo pari ratione quod ab ipso cognoscuntur et exprimuntur per se ipsum deus verissime est exemplar. Sed exemplar non est aliud in quo sunt res et extracte ydee ergo etc. Contra dionysius de di. no. cognoscit deus intellectum sed quod se ipso et per se ipsum non secundum ydeam singulis sumit sed secundum unam excellentiam omnia necessaria et continens ergo deus singula non cognoscit per ydeam. Item ratione videtur quod ydea dicit rationem similitudinis et similitudo dicit rationem convenientie. Sed dei ad creaturam cum sit summa distantia nulla est convenientia aut si est minima est ergo aut nulla similitudo aut minima aut ergo non est ydea in deo aut si est secundum rationem imperfectam est. Sed nichil imperfectum ponendum est in deo ergo etc. Item nobilissimo modo cognoscendi est deo attribuendum. Sed cognitio per rei essentiam est nobilior quam per similitudinem rei ergo deus cognoscit per essentiam rei non per similitudinem sed ydea est similitudo non essentia rei etc. Item ydea non est necessaria nisi ad dirigendum in cognoscendo et regulandum in operando. Sed nichil indiget dirigente vel regulante nisi quod potest errare vel deviare deus autem nullo horum habet

quod sensibilia ponuntur in deo ydee pro-
dicamentum quod dicit hec duplex fuit opi-
nio quidam enim dixerunt quod deus
non cognoscit secundum rationem etc. et
ponunt simile sicut si punctus co-
gnosceret virtutem suam cogno-
sceret lineas et superficiem. similiter
si unitas haberet potentiam cogniti-
vam per quam cognosceret se ipsam se-
cognosceret omnes numeros per eundem
modum dicunt in deo esse ydeas. v-
deus scit virtutem ponendi omnia
et cognoscit totam suam virtutem
et ideo cognoscit omnia et hoc di-
cunt dyonisium sensisse. sed dixit
quod non secundum ydeam sed secundum unam
excellencie cum cognoscit omnia.
sed hec positio non potest stare primum quia
quia deus cognoscit non per collo-
cationem descendendi a principio ad
principiatum sed simplici aspectu
et iterum esse cognoscendo universum
huius simile est cognoscibili quod est eius
similitudinem vel ipse est similitudo. preter-
ea omnis cognoscens istud distincte
cognoscit quod distincte cognoscitur non ergo
quod ratio producendi non est ratio
cognoscendi et item aliqua cognoscit
que ab ipso non sunt propter hec et
similia. aliter dicunt [illegible] esse a[d] po-
et secundum sanctos et omnes philosophos quod deus
cognoscit per ydeas et habet in se ra-
tiones vel similitudines rerum quas
cognoscit in quibus non tamen ipse cogno-
scit sed res aspiciendo in eas et has
rationes vocat augustinus ydeas et causas
primordiales. Ad intelligentiam
autem obiectorum intelligendum quod ydea
dicitur similitudo rei cognite similitudo
autem duplex dicitur una est secundum
convenientiam duorum in tertio. et hec
est similitudo secundum univoce convenientiam

aliorum dicitur similitudo secundum quod
unum dicitur similitudo alterius et hec
similitudo non convenit genera in
aliquo quia quod similitudo secunda est
simplicior non in tertio et hoc modo dicitur
creatura similitudo dei vel econverso deus
similitudo creature. hoc modo sumendo
similitudinem similitudo est ratio
cognoscendi et hec dicitur ydea. sed
aliter est in nobis aliter in deo.
In nobis quidem ratio cognoscendi est
similitudo cogniti et veritas sua
in nobis est similitudo accepta et
imperfecta ab exemplato propter hoc quod
intellectus noster respectu cogniti
est possibilis et non actus purus
sed fit in actu per ad cogniti quod
est similitudo eius. In deo autem quod
quod ratio cognoscendi est ipsa veritas
et exemplum est similitudo veritatis
scilicet ipsa creatura. et quod ratio cognoscen-
di sistit in ipsa veritate propter ideo
ratio cognoscendi in deo est summe
expressiva. et quia omne id quod summe
exprimit perfectissime assimilatur
cognito assimilatione competenti co-
gnicioni. ideo patet quod ipsa veritas
ex hoc quod facit cognoscere est si-
militudo expressiva ydea. exemplo ad
est in nobis quod ex ipso quod est si-
militudo facit cognoscere ex hoc
patent obiecta. Quod enim obicitur
quod non secundum ydeam singulis conve-
nientem dicit quod dyonisius ex hoc non volt
removere rationem ydee a deo sed
volt dicere quod non sic est in illa u-
bi et sua ydea sed singula sic
in nobis. Ad i[d] quod obicitur quod non
est generata vel minima dicit quod est
similitudo univocationis sive perfectionis
et similitudo imitationis et est similitudo

expressionis. similitudo proportionis nulla est omnino quia nichil est inde. similitudo imitationis est modica quia in modico potest finitum imitari infinitum unde semper maior est dissimilitudo quam similitudo. similitudo expressionis est summa quia comparatur ad intensionem virtutis ut visum est, que est ipsa expressio idea dei summe omnia cognoscit. Ad illud quod obicitur tertio quod nobilior est cognitio per essentiam eorum quod est similitudo causata a veritate rei etc. dicendum quod hic verum est quod imaginatio perfecte exprimit rem sicut ipsa res si presens esset apud animam et hac similitudine non cognoscit deus. est alia similitudo que est ipsa veritas expressiva cognitiva et ab similitudo que veritas et hec similitudo melius exprimit rem quam ipsa res seipsam exprimat quia res ipsa accipit rationem expressionis ab illa et secundum hanc est perfectior cognitio et hanc cognoscit deus. Ad illud quod obicitur quod idea est ad regulandum et dirigendum eorum quod regulari et dirigi potest esse duplex aut per rationem differentem a directo et regulato et hec ponit imperfectionem et possibilitatem erroris aut per rationem que est idem quod regulatum et hec ponit impossibilitatem erroris quia cum est regula errare non potest et quia deus est ipsa regula et idea, ideo impossibile est eum errare etc. patet quod idea in deo non ponit imperfectionem sed complementum

Secundo queritur utrum sit ponere pluralitatem in ideis secundum rem et quod sic videtur quia Augustinus dicit quod idee sunt forme eterne et incommutabiles si sunt forme plures ergo forma dicit ipsum quod est idea absolute tunc videtur quod sint plures secundum id quod sint absolute. Item idea est similitudo exprimens ideatum secundum totum, sed creature unite et eius secundum totum sunt similia nullo ad invicem differunt ergo si idea omnium secundum id quod est esset una tunc omnia essent indifferentia. Item si idea est unum, quod aut una genere aut una specie similitudo, si una genere ergo per ipsam in species res distinguuntur si una specie ergo per ipsam individua plura cognoscuntur. Item si idea est ratio cognoscendi sed unumquodque cognoscens cognoscit secundum exigentiam rationis cognoscentis ergo si idea est una quod in uno non cadat distinctio deus non cognoscit res distincte sed indistincte. Contra Augustinus vi. de Trinitate: filius est ars quedam omnipotentis dei plena omnium rationum viventium et omnia in ipso unum sunt. Item quod perfectius est deo est attribuendum sed perfectius est uno posse cognoscere plura et operari quam pluribus ergo deo est attribuendum ergo deus una idea omnia cognoscit. Item in omni genere est statuere et in uno simpliciter ut patet in genere efficientis et finis, ergo cum deus sit exemplar in quo est omnimoda simplicitas, est ergo in deo summa unitas sed exemplar quod convenit intellectui non est omnino unum et simplex ergo in divino exemplari non est nisi una idea secundum rem. Respondeo ad intelligentiam predictorum notandum quod circa hoc sunt duplex opinio. Quidam enim dixerunt quod idee in deo secundum rem sunt

distinctionem, dicuntur enim quod est con-
siderare diversitatem formarum in
deo, in anima et in mundo; sive in
materia et in mente sive in verbo so-
lum dicit distinctionem, compositionem et oppositionem
quia ibi sunt materialiter. In anima vel
humano dicit distinctionem et compositionem
sed non dicit oppositionem, et licet quandoque sint
aliquo modo spiritualiter, non tamen omnino
quia sunt a rebus contracta. Deo est com-
positio, differunt enim ab anima. In
deo dicit distinctionem sed non compositionem
nec oppositionem propter summam simplicitatem,
et quamvis in deo sunt distincte tamen
tamen unum exemplar, sicut plures for-
me particulares in sigillo faciunt
unum sigillum. Sed ista positio quamvis
in se minor videatur probabilis
in fine continet errorem. Nam
si in deo esset ponere ideas realiter
differentes sive distinctas tunc
esset ibi aliqua pluralitas realis quia
pluralitas realis personalis quod abhor-
rent aures pie. Si dicas quod non
est pluralitatem aliquam absolutam po-
nere sed respectivam, tunc queritur de
illo respectu aut est ad aliquid aut
nichil. Si nichil, nulla ergo est ibi
realis distinctio. Si aliquid, non
est dare nisi divinam essentiam, sed
omnia essentialia in deo unum sunt.
Et ideo est alia positio quod idee sunt
unum secundum rem et hoc patet sic:
idea in deo dicit similitudinem
que est ratio cognoscendi. Illa autem
secundum rem est ipsa divina veritas
sicut supra ostensum est, et quia
illa non est nisi una, patet quod secundum
rem omnes idee unum sunt et hoc
dicunt magistri communiter quod in illa arte
omnia sunt unum. Ad id igitur quod
obicitur quod sunt forme dom(?)

quod forma duplex est scilicet forma
que est perfectio rei et forma exem-
plaris, et magister accipit ideas in
ratione forme pro forma exemplari
contrarium in relatione de illa ad ma-
teriam quam informat, sed ista ad exem-
platum et ideo quod dicit ut ad alterum
sicut similitudo. Quod dicuntur plures
forme non est contra hoc, notandum sic quod in
ideis pluralitas secundum rem, sed se-
cundum id quod sunt ad illud
quod obicitur quod idea est similitudo ex-
[illegible] secundum totum genus etc. Ad quod
est unus modus dicendi quod idea
non dicit similitudinem aliquam per quam
cognoscens assimilatur alicui. Sed omnia
entia assimilantur et multa plus assi-
milantur uni, sicut si a forma sigilli
cera fiat expressio signi, in cera
potest esse ab eadem forma una mul-
te et varie impressiones secundum quod
sigillum magis et minus imprimitur,
sic in deo intelligitur quod multitudo
in rebus venit secundum gradum et
approximationem ad ipsum esse divinum.
Et illud non sufficit dicere quia
deus facit omnia [illegible] secundum for-
mam, non tamen secundum gradum et distinctionem
et illa cognoscit per unam secundum
rem quod omnium est similitudo cognitionis.
Si dicas quod hoc est quod deus
se ipsum cognoscit, sic se ipso agit. Ideo
sicut uno agit multa, ita adhuc
manet quod quod ipse deus possit
assimilari multis. Propter hoc dicendum
quod similitudo cognitionis est secundum [illegible]
tem generis, et de hac non est du-
bium quod non potest una esse plurium ge-
nere differentium, et hec est simili-
tudo que exprimit et patitur a re ge-
neris determinati. Alia est similitudo

simplex est genus et hoc quia
ab hoc genus non arctatur quia ratione
est liber. et ratione sua totum et talis
plenitudo est omnis veritas et ydea in
deo. Si tu queras quid hoc possit
intelligi aliqualiter intellectu per quem
nos non possit aprehendi omnis ple-
nitudo. Cum illa plenitudo sit actus
purus et ipsa veritas sicut dictum
est et omnia alia cognoscibilia quan-
tumque nobilia sint, et quod sit com-
beri constitucione et imperfecta decon-
stitucione perfecti. Ergo etc. Item omnis ef-
fectus assimilatur suae cause aliqua assi-
milacione sed minima assimilacio suf-
ficit ad racionem exemplaris. Ergo omne
quod est a deo habet ydeam in deo,
sed malum est a deo et passio et corrupcio
et defectus quod omnia dicunt aliquid.
Ergo omnia sunt in deo. Responsio ad hoc
dixerunt aliqui quod imperfecta si non
sunt in deo non tamen cognoscuntur a deo
per aliquam ydeam propriam sed per y-
deam actus intelligendi per ydeam
virtutis. Sed illud stare non potest
cum cum ipsa omnia dicunt ali-
quam entitatem et ita virtutem
de natura aliquam assimilacionem ha-
bent ad primam virtutem et ideo ra-
cionem exemplaritatis et idea nomine sunt
in deo. Hoc dupliciter potest intelligi aut
racione ipsius quod subest aut ra-
cione imperfectionis. Si racione imper-
fectionis etiam imperfectio sit privacio
et privacio non habeat causam nec
quod a deo, nec assimilare sit, nec habet
ydeam. Si autem racione eius quod subest
est sic ut dictum est quod imperfectum
et malum aliquam dicit entitatem, sic
habet ydeam sed imperfectum non sed
perfectum quod sicut vivens non
est ydea vivens et corporale spiri-
tualis sic corporale etiam et imper-
fectum perfecta, nec tamen malum et
ydea bona. Unde notandum quod ydee
sicut super dictum sunt in racione de
ydeis dicit assimilacionem et exem-
plaria, autem assimilacio est in racione

entitatis in deo. Omne igitur quod
dicit de se racionem entitatis sive
sit compositum sive imperfectum sive
materiale sive possibile sive in
actu sive in potencia, potest deo assi-
milari et exemplari et ideo in deo est
esse. Quod autem dicit privacionem hoc
ipso amittit racionem vere essencie
et racionem assimilacionis et ideo fal-
sitas et malum ydeam non habent
nec sunt in deo. Patent ergo que-
sita. Quod ergo obicitur de malo per
rissie, quod malum dicit simpliciter
privacionem in eo quod malum nec sic
imperfectum. Ad 2m quod obicitur quod im-
perfecta non sunt a deo, dicendum quod im-
perfecta secundum id quod sunt a deo sunt
licet in eis non remaneat imper-
fectio quod deus perficit. Ad 3m quod
obicitur quod non habent assimilacionem,
dicendum quod quamvis non habeant in specialibus
condicionibus, habent tamen in generalibus
et hoc sufficit. Omnia enim habent
racionem boni et pulcri et entis.
Ad 4m quod obicitur de opposito vo-
luntatis, dicendum quod non est simile, nam
voluntas salvatur in multis ideo me-
ne sic bonitas in malicia nec
veritas in falsitate, quia ille sunt pri-
vaciones, nec sic autem voluntas pri-
vacio est multitudo et ideo patet etc.

Circa partem istam sunt dubitaciones
circa litteram. Et primo de hac so-
lucione magistri quia dicit: sicut
cognicio dei est eius essencia nec
tamen omnia que sunt in cognicione
sunt in essencia. Videtur enim male
dicere quia hoc argumentum videtur con-
tinere: si aliqua sunt omnino sunt
eadem, sed aliquid est in uno et
in alio. Si dicas quod deus preter co-
gnicionem videtur secundum quod dei essencia

non connotat. vel si dicas quod per-
sona connotat. obicitur de hoc no-
mine deus quod non connotat. et tamen
dicimus omnia esse in deo. quia pa-
ri ratione et in essentia divina contin-
gentia videntur esse. Item anselmus
in monologio quod creatura in creatore
est creatrix essentia. quod videtur quod non
sunt in dei essentia. Respondeo dicendum quod
hec propositio in aliquando connotat [illegible]
[illegible] ut si dicatur accidens in sub-
iecto aliquando notat indeprivationem ut si di-
catur idee rerum sunt in deo. quia
sunt deus non a deo. aliquando no-
tat causalitatem ut si dicatur crea-
ture sunt in ipso deo. et preter hec
propositio dicitur secundum quatuor genera cau-
sarum in deo non dicitur nisi secundum cau-
sam quia ei dicit respectum ad cre-
aturas secundum rationem intelligendi.
unde hec propositio [illegible] secundum quod dicit
causalitatem non additur nisi tantum
dicentibus respectum ad creaturam. et
quia nomen scientie vel nature ut essentie
non dicit respectum. ideo si dicatur
creature sunt in dei scientia. hec
propositio [illegible] aut notat indeprivationem
aut [illegible], quorum utrumque falsum
est. et ideo tales locutiones non
recipiuntur. et in illo argumento est sophi-
sma secundum accidens. ideo dicendum quod
non valet quamvis enim idem sint re
different tamen in modo significandi et in-
telligendi. Ad id quod obicitur
quod deus non dicit respectum dicendum
quod falsum est quia imponitur ab actu
quem habet ad creaturam sicut dicit
Damascenus vel ubi dicitur deus a te-
nendo. Ad id quod obicitur quod creatura
in creatore est creatrix essentia dicendum
quod creaturam in creatore esse. eandem
vel [illegible] cum apud deum esse
Et anselmus voluit dicere quod illa si-

militudo est creatrix essentia. non
quod illa creatura sit essentia. unde
bene concedendum quod idee rerum sunt
in divina essentia quia ibi notatur indepri-
vationem et sic. sed hoc non potest dici
de creaturis secundum esse quod habent in proprio
genere. Tertio queritur de hoc quod dicitur
quod illa esse in deo intelliguntur que
ex ipso et per ipsum sunt. videtur cum ma-
le dicatur. quia omnia talia non sunt
nisi futura. quia in deo non sunt
nisi ea que presentialiter consistunt quod
est manifeste falsum. et contra augustinum
qui dicit quod res sunt in deo ab
eterno. si dicatur quod accipit esse in deo
ut in cognoscente. quod sic accipit
apostolus in pretacta auctoritate ex ipso et per
ipsum et in ipso. tunc nichilominus facit
ad propositum quia magister accipit esse
[illegible] quod dicimus res esse in deo
causaliter. si tu dicatur quod res actu-
aliter sunt ex deo vel per deum
quia ipse sed [illegible] ab eterno. tunc
ergo queritur quare actualiter sunt
in deo ab eterno. et non ex deo vel
per deum. Respondeo dicendum quod esse in deo
vel per deum potest accipi vel secundum
aptitudinem. vel secundum actum vel
secundum habitum. Si primo actu sic [illegible]
auctoritas. non est intelligenda forma-
quod illa sola sunt in deo. que sunt
ex deo vel per deum. quia multa deus
cognoscat que sunt in deo. que tamen
non sunt ex ipso nec per ipsum. nec
erunt potest tamen accipi secundum habitum.
[illegible] ad [illegible] non est intelligenda forma-
se. quia multa deus cognoscat et pre-
sciat que non fient. et tamen sunt
in ipso. nec umquam erunt ex ipso
nec per ipsum potest tamen intelligi secundum
aptitudinem [illegible] forma [illegible] veritatem.

quia nichil est in deo nisi sit aptum
esse ex deo et per ipsum. Et valet ad
processum et intelligentiam magistri. Et per hoc
excluduntur mala quia deus non potest
facere mala nec mala possunt esse ex
ipso nec per ipsum. Quod quilibet quae
non dicuntur res essentialiter esse ex deo et
dicendum quod non est simile quia alie species
sunt per modum speciei et motus et actus
sed hec predicta per modum quietis et
cum deus non sciat nisi ex parte ne
sunt tamen actualiter eius nisi
ex parte licet latitudinaliter ab eo non
magis dicuntur essentialiter res in
deo quam ex deo. Tertio queritur de ista
ratione magistri qua dicit Et mala
non sunt in deo quia deus non co-
gnoscit ea per approbationem. Videtur enim
male dicere quia approbatio respicit vo-
luntatem, sed esse in deo ab eo re-
spicit exemplaritatem. Ergo notitia appro-
bationis nichil ad hoc facit. Item
magister videtur insufficiens in divisione
divine cognitionis quia sicut bona
cognoscuntur notitia approbationis ita ma-
la notitia reprobationis. Item approbatio
aut addit aliquid super notitiam
simplicem aut non. Si non, ergo non
est in deo distinguere notitiam et no-
titiam approbationis. Item si nichil ad-
dit ergo sicut sunt in deo que co-
gnoscit approbando ita et illa que
cognoscit simpliciter. Si aliquid addit
ergo videtur quod divina notitia sit com-
posita. Si dicas quod addit super intel-
lectum, sed intellectus non recipit
res [illegible] in deo. Ergo nec notitia ap-
probationis. Respondeo dicendum quod approbatio supra
cognitionem simplicem intellectivam addit
beneplacitum voluntatis. Hoc autem beneplacitum
connotat bonitatem in ea re. Cum
est quia deo non placet nisi bonum

et omne bonum in quantum bonum a deo
factum est. Si ergo notitia dicit rationem
cognoscendi secundum appellationem omnia que deus
cognoscit notitia approbationis sunt in
ipso, sed notitia approbationis est co-
notans bonitatem in actu et ideo non
est possibile verum quod omne quod est in
deo sit cognitum notitia approbationis,
sed licet connotat bonitatem in po-
tentia sicut exemplar connotat rei entita-
tem non tamen sit. Sed quia deus potest
omnia facere, et nichil est in deo nisi
quod cognoscit notitia approbationis, quod
sic cognoscit omne bonum quod est vel
quod potest facere et illius est exemplar
et ideo illud totum est in deo. Quod
ergo obicit quod voluntas quod faciat quod
sint in deo, dicendum quod hoc non est quia
voluntas in actu, sed quia deus non
potest facere quod non approbet tamquam bo-
num. De approbatione [illegible] dicit ibi in-
dicendo rationes [illegible] affectum voluntatis.
Quod quilibet si addit dicendum quod addit
a parte nostri intellectus et a parte conno-
tati, a parte ipsius dei non. Non
sic autem addit reprobatio et ideo magister
non ponit notitiam reprobationis per
modum. Tertio queritur de hoc quod
dicit Ambrosius: eandem vim habent
hec omnia scilicet ex ipso et per ipsum et in
ipso. Obicitur enim quod si habent eandem
vim, ergo videtur sit esse [illegible]
verborum. Item aut intelligit esse in ipso
sicut in exemplari aut sicut in con-
servante. Si tamquam in exemplari
constat quod idem est ex ipso et
ipso sicut postremo est. Si tamquam
in conservante adhuc est idem per eum
et conservari. Item si eandem vim ha-
bent, sic ex ipso creatur mundus, ita
per ipsum creari filio et spiritui sancto [illegible]

cit apparere in ipso. Praeterea [illegible] quod est loqui de illis rebus conditionibus quantum ad illud quod significant aut quantum ad ordinem quem connotant. Si loquamur quantum ad id quod significant, sic omnia dicuntur esse ex deo tamquam ex principio primo [illegible] modo. Omnia dicuntur esse per deum tamquam per principium sufficientissimum quod omnia agit per se ipsum. Omnia dicuntur esse in deo tamquam in [illegible] quod non potest [illegible] sic, sed omnia ambit [illegible] et in hiis tribus conditionibus significatur quod deus est principium primum et sufficientissimum [illegible] et omnia haec in deo sunt [illegible] et [illegible] rebus. Ideo quantum ad significatum dicit Ambrosius: In hiis eundem unum nec tamen est mortalitas [illegible] intelligenti. Si autem loquamur de hiis ad ordinem quem connotant [illegible] sic sunt [illegible] rebus quae excedunt [illegible] et [illegible] et in ipso dicit [illegible] sive [illegible] et ideo ex ipso appropriatur patri quod est prima in trinitate persona, per ipsum appropriatur filio qui est persona media, et in ipso spiritui sancto qui est persona tertia. Ex hiis patent obiecta.

d. xxxvii

Tertium demonstrativum est ex parte quod omnia dicantur esse in deo. Sub-[illegible] quod omnia sunt in deo, licet 2o agit quod deus est in rebus et in locis corporalibus et quantum ad esse in loco et [illegible] mutabili. Sequitur [illegible] quod in illo est. Ideo agit 2o de dei [illegible] in loco [illegible] ibi [illegible] narrat etc.

Prima pars tres habet partes. In prima narrat quod deus est in locis et rebus et per auctoritates confirmat. In 2a inducit dictorum apicem intelligentiam ibi: Sciendum autem deus habitat in nobis etc. In tertia dicit intellectum nostrum ad haec capienda insufficientem ibi: Ex praedictis patet quod deus totus est ubique. Prima pars tres habet secundum tria capitula. In prima ostendit modos essendi dei in rebus. In 2a vero confirmat auctoritatibus quod deus est ubique per essentiam ibi: [illegible] omnia superantur humane intelligentie etc. In tertia ostendit quod deus in solis sanctis habitat per gratiam ibi: In sanctis vero habitat [illegible] etc. Quid autem deus habitat. Haec est 2a particula in qua quaerit ad dictorum intelligentiam et habet haec tres partes. In prima rationaliter manifestat. In 2a similitudinem concludit ibi: Sciendum quod est etiam [illegible] ut ait Augustinus. In tertia in admirationem erigit ibi: Illud quoque mirabile est. Sacramenta enim divina magis sunt admirabilia quam intelligibilia. Ex praedictis patet quod deus ubique totus. Haec est tertia particula in qua ostendit insufficientiam intellectus nostri quod deus est ubique per essentiam et haec pars habet tres partes secundum tria capitula. Primo enim ostendit quod intellectus noster non sufficit. 2o concludit eos qui super [illegible] praesumptuose sentiunt ibi: Quidam tamen sine [illegible] ingenio suo innitentes etc. Tertio vero arguit eos qui irrationabiliter sentiunt ibi: Solet etiam ab aliquibus quaeri si deus etc. Ubi ostendit [illegible] [illegible] et visione indigniam

d intelligentiam simul patris

Queritur de presentia dei et
circa hoc tria principaliter que-
runtur. Primo queritur utrum esse ubique
conveniat deo. Secundo utrum esse ubique
sit proprium dei. Tertio queritur qualiter
conveniat deo esse ubique. Et quantum ad
primum quod esse ubique sit distributive
pro omnibus rebus et pro omnibus
locis duo queruntur. Primo utrum deus
sit in omnibus rebus. Secundo utrum
sit in omnibus locis. Quod autem
sit in omnibus rebus ostenditur sic
scilicet in prima parte. Quanto aliquid
simplicius tanto a pluribus [illegible]
et in pluribus invenitur. Sed deus
est simplicissimus [illegible] simplicitatis
quod invenitur in omnibus secundum non re-
peritur nisi ubi est quod est in omnibus.
Item quanto causa prior tanto univer-
salior quod causa prima prior est univer-
salissima. Sed quanto aliquid est univer-
salius tanto influit in plura. Sed
omne quod influit in aliquid est illi
presens secundum virtutem [illegible] et
[illegible] operatur agens nisi per pre-
sentiam [illegible]. Sed deus per suam
simplicitatem est ita quod sua [illegible]
quod virtus dei sit in omnibus
et substantia est in omnibus. Item hoc
videtur per impossibile quia omne quod
est in una re limitatum ita quod non
est in alia est limitatum et arctatum
sed hoc est impossibile circa deum quod
non est in una re quin in omnibus
sit. Item si deus est in una re ita
quod non in alia aut potest esse in illa
in qua non est aut non. Si non
potest quod non est omnipotens. Si potest [illegible]
est omnis res non immutatur quod immuta-
bilis. Quod si deus non est in omnibus

rebus aut non est omnipotens aut
non est immutabilis quorum utrumque
est impossibile. Item quanto aliquid
magis se elongat a natura tenebro-
sa tanto est in [illegible] et sub no-
biliori luce cognoscit. Sed deus
clarissime cognoscit quod maxime
a natura tenebrosa se elongat. Sed
omnis [illegible] tenebra. Quod deus
aut in nullis aut in paucissimis
est rebus [illegible]. Item quanto motor
magis distat a mobili tanto suf-
ficientius movet [illegible] sufficientius
movet causa prima [illegible] nobilis
et intelligentia quam alia. Sed deus
est motor et operator sufficientissimus
quod summe distat ab omni mobili
quod aut in nullis est rebus aut
in paucis. Item omnis virtus unita
plus est infinita quam multiplica-
ta. Sed divina virtus est infinita
quod unitissima. Sed quanto magis
aliquid est unitum tanto minus diffu-
sum et in paucioribus rebus ergo etc.
Item quibusdam [illegible] nullitas est
deum ponere in rebus omnibus
videtur quod nulla ex parte dei nobi-
litatis est [illegible] in agente quod
possit agere ubi non est [illegible] quod
possit facere effectum per se distantem
aliquin opera dei magis sunt
debilia quam opera artificis creato-
rum que [illegible] in [illegible] absentibus. Quod si nulla [illegible] est
videtur quod esse superfluum. Sed im-
possibile est in deo esse superfluitatem
quod etc. Respondeo dicendum quod deus in omni-
bus rebus est sicut ipse David te-
statur dicens si ascendero in celum
tu illic es etc. Presentia autem [illegible]

deum in omnibus similiter tenet
a parte perfectionis ipsius tum a parte in-
digentie creature a parte ipsius peter
summam immensitatem et [illegible] summam
potestatem et virtutem ratio est summa
simplicitatis quia cum summe simplex
est ad nil arctatur ideo in di-
vinis invenitur omnino immensum quia
summe simplex idem summum virtuo-
sissimum et ideo virtus eius in omni-
bus et virtus ibi est quod substantia et
ideo necesse est quod sit in omnibus
Ex parte creature est ratio quia
creatura habet in se possibilitatem
et vanitatem et virtutem ideo est quod
productio est de nichilo quia cum cre-
atura est et accipit esse ab alio qui
eam facit esse tum pure non esset
et quod hoc non est suum esse et ideo
non est purus actus sed habet possi-
bilitatem et ratione huius habet flexibi-
litatem ideo caret stabilitate et
ideo non potest esse nisi per presentiam
eius qui dedit esse exemplum huius
aptum est in impressione forme
sigilli in aqua que non conservatur
ad momentum nisi presente sigillo
nunc et ideo quia creatura de nichilo
producta est ideo habet vanitatem
et mutabilitatem vanitas in scriptura sola natura-
liter est quod omnis creatura susti-
nere per presentiam vanitatis et est
sicut si quis ponit corpus ponde-
rosum in aere quod est si vanum
non sustentaretur sic et in proposito
Ad illud vero quod obicitur de distan-
tia et permixtione dicendum quod relinquit
virtutem aliquid alicui aut sine presentia
essentiam eius aut sine presentiam et
dependentiam ~~et continentiam~~ aut
sine presentiam et dependentiam et con-
tinuitatem in iii primo modo est ra-
dius in aere 2º modo alia in corpore
ut liquor in liquore quod

primo modo est in aqua non per-
ficitur scilicet quod 2º modo est non per-
misceretur per se sed solum quod 3º
et primo continuo modo est deus
in rebus non 2º vel 3º. Ad id
quod obicitur de distantia moto-
ris a mobili dicendum quod est distan-
tia per absentiam et hec impedit
non innuit ad motum et est distan-
tia per independentiam et hec innuit
quia quanto motor prior et abso-
lutior minus dependet et est suf-
ficientior et hoc modo distat deus
a rebus. Ad illud quod obicitur
quod virtus et vita magis est infi-
nita dicendum quod unitas virtutis
que facit ad eius magnitudinem
est attenditur respectu sibi per ac-
cidens respectu obiecti respectu autem
sibi attenditur per subiecti simpli-
citatem respectu autem obiecti per multi-
tudinem a virtute quia virtus tan-
to potentior quanto sibi premendo
quam magis virtus divina in substantia est
simplicissima et magna a substantia elon-
gatur ideo in mediis est summi-
tissima quia unitissima in medio
nisi in uno. ubique enim est tunc
illius potest sic dicit Trismegistus. Ad
ultimo obicitur est iam solutum quia
unitas est ex parte dei et creature
sicut visum est. Quod vero obicitur
quod agens creatum ubi non est operatur
et effectum producit qui sine ipso stat
dicendum quod non sic est in deo. Nam si
attenditur hoc in artifice creato
hoc venit ex defectu perfectionis
quia cum agens creatum limita-
tum est et differt a sua virtute
sic operatur per virtutem ubi non est
per suam essentiam agit ex suppositione et sic
non potest in totum ideo effectum non
totaliter dependet ab ipso. Deus
autem habet potentiam oppositis

- et vanitatem

quod continetur et idem est in eo ut
et sanctus et totus per totum ideo non
est simile

Secundo queritur utrum deus
sit ubique localiter i. utrum
sit in omnibus locis. Et quod non videtur
hoc in li. de tri. deus ita esse ut
ubique dici videtur non quod sit in
omni loco sed quod omnino in loco esse
non sit. Item accipitur ex eo
quod sicut vult philosophus locus ad lo-
catum inquantum comparatur in ratione for-
me sed deus est forma excellen-
tissima ergo respectu eius nulla est
forma ergo nullus locus. Item alia
ratione videtur quod triplex est conditio
loci in respectu ad locatum scilicet conti-
net, saluat, indigeat et terminat.
Continet locus ut vas, nec [illegible]
ut continens, saluat ut natura, ter-
minat ut finis sed deus secundum nullam
harum conditionum comparatur ad locum
ergo etc. Item [illegible] esse
in loco est diuisio [illegible] quod
magis recedit a diuisione minus est
in loco et quod maxime minime et
quod omnino recedit nullo modo est
in loco sed deus est huiusmodi ergo etc.
Contra Jere. celum et terram ego
impleo sed omne quod est in loco secundum
implectionem est in loco secundum quod locus
Item hoc videtur ratione quia locus secundum
quod locus est indigencia ad loca-
tum ut ab ipso impleatur sed omnis
creatura vanitatis autem non replet
nisi per virtutem presentiam ergo ad hoc
ut locus repleatur necesse est deum
adesse sed hoc posito ponitur deum
esse in loco ut locans est. Item
maior est dimensio forme quam ma-
teriam quia locati ad locum sed for-
ma non unitur materie nec confirma-
tur nisi per dei presentiam ergo multo
minus nec locatum in loco sed
quod per dei presentiam forma unitur
materie deus est in qualibet re
ut natura ergo cum per dei presentiam
unitatem et planeti locatum in loco
ut est locus. Item [illegible] presentia et si-
militer secundum locum et tempus sed
deus perfectissime est presens omnibus
rei ergo secundum locum et tempus sed que
sunt presentia secundum tempus sunt in eo-
dem tempore ergo et illa que sunt pre-
sentia secundum locum sunt in eodem
loco non tamen ut est [illegible] sed etc
ut est locus. Respondeo dicendum quod triplex
est conditio secundum quam comparatur lo-
catum ad locum una secundum quam
excellitur et hec est proprietas salua-
tionis sic enim locatum indiget loco
et locus complet eius indigentiam
et conseruat naturam et secundum hanc pro-
prietatem sola corporalia sunt in lo-
co non autem spiritualia quia non con-
seruantur a loco corporali
alia est proprietas secundum quam locatum
equatur et proportionatur loco et hec
est proprietas commensurationis et secundum hanc
proprietatem corporalia sunt in loco
quia illa sola sunt commensurabilia
non indiuisibilia spiritualia autem non
proprie nam nec sunt commensura-
tiue respectu corporis sunt tamen diffi-
nitiue respectu eorum. Tertia est con-
ditio secundum quam locatum excellit lo-
cum [illegible] quia per suam presentiam re-
plet et supplet indigentiam loci
locus enim sine locato priuatus est
et indigens sicut [illegible] corpus o-
mnis sine [illegible] Cum igitur deus
ad nullam creaturam [illegible] neque
secundum rationem insufficientie neque [illegible]
litatis sed superioritatis et excel-

lenae, deus non est in loco quan-
tum ad primam et 2am proprietatem,
sed solum quantum ad tertiam. Sicut enim
per praesentiam supplet loci indigen-
tiam, nam locatum per praesentiam re-
plet vacuitatem distantiae, deus
autem per praesentiam replet vacuita-
tem essentiae, et illa quidem sine
hoc esse non potest. Ex hiis patet
responsio ad obiecta, nam rationes
probantes deum esse in loco ut est
locatis, procedunt secundum tertiam condic-
tionem, ut patet, rationes vero
ad oppositum secundum primam et secundam scilicet
circumscriptionis et terminationis.

Consequenter quoad 2um ar-
ticulum, quaeritur utrum esse u-
bique sit proprium dei, et quod proprium
est quod soli convenit et semper. Unde
quantum ad haec duo quaeritur, primo
utrum esse ubique conveniat soli deo,
secundo utrum conveniat ei semper sive
ab aeterno. Quod non autem soli deo con-
veniat, videtur. Augustinus in libro de
symbolo: ubique esse est deum esse,
sed nulli creaturae convenit deum
esse, ymmo hoc est dei proprissimum,
ergo nulli creaturae convenit esse ubique.
Item Ambrosius in libro de spiritu sancto:
omnis creatura certis suae naturae sit
circumscripta limitibus, esse ubique et
in omnibus rebus divinitatis et
dominationis est proprium. Ad hoc ipsum
videtur ratio, quia omnis creatura
per se existens et in se est hoc ali-
quid, hoc esse quod est hoc aliquid est
singulare, et omne singulare est hic
et nunc, et nichil tale natum est
esse ubique, ergo solius dei est esse
ubique. Item conditio ipsa qua
deus est ubique convenit deo ra-
tione sue incircumscriptionis

est proprium solius dei quae nulli
creaturae potest convenire, ergo nec esse
ubique. Contra hoc obicitur de uni-
versali quod est semper et ubique, et tamen
non est deus. Si tu dicis quod est
ubique per sua singularia et non simpli-
citer, contra tunc quod ad hoc est
omnia singularia sunt ubique, et im-
possibile est ad sensum quod non sit eius
singulare et in singulari ut hoc
etc. Item ergo ubique est. Item obicitur
de uno qui est in omnibus enti-
bus et nichil potest poni in quo
non sit unus et prima in omnibus
entibus est unus unus, ergo omni
unus, non sit deus esse ubique non
est proprium solius dei. Si tu dicas
quod non ubique totus, sed in parte,
et partem, obicitur de voce quae est
in auribus diversorum tota et in toto
aere, esto quod vox esset ita magna
quod per totum mundum audiretur tunc
esset ubique tota et una, probatio
quia si multa et infinitae sunt
partes partes aeris et vox sit in qua-
libet parte, tunc ergo infinitae sunt
voces, quod est impossibile. Item
obicitur de anima quae est in qualibet
parte alius tota ut superius demonstratum
est, esto ergo quod fieret animal quoddam
ita magnum sicut totus mundus, tunc
anima esset ubique, ergo quod non sit hoc
est praeter descriptionem corporis et non
simul. Si dicas quod est in pluribus
tamen in uno loco, unum vero est
una anima nisi in uno corpore. Obicitur
de corpore Christi quod totum et integrum
est in diversis altaribus distinctis.
Item obicitur per rationem cum enim de ratione
singularis sit esse hic et nunc, tunc
non dat deus semper esse ut an-
gelus, ergo pari ratione alicui dubit

esse ubique. Item si aliqua duo
inseparabiliter sunt unita ubicumque
est unum et aliud. Sed humana natura
et divina in Christo inseparabiliter sunt
unita. Ergo ubi est divina et hu-
mana. Sed divina natura est ubique
ergo et humana etc. Respondeo dicendum
quod esse ubique sicut dicunt sancti
convenit soli deo proprie et singulariter
ita quod nulli convenit alii nec
intelligi potest convenire si recte intel-
ligatur. Nam deus dicitur esse ubi-
que ita quod ex parte dei intelligitur
indepercio et totalitas, ex parte lo-
ci pluralitas et universitas. Per primam
indepercionem excluditur universale
quod quamvis sit in omnibus singulari-
bus tamen secundum aliud et aliud suppositum
et ita numeratur. Per secundam totali-
tatem excluditur anima. Nam quamvis
anima sit ubique tamen secundum aliam
et aliam partem. Per tertiam plura-
litatem a parte loci excluditur spe-
ciatus qui quamvis sit in pluribus
partibus corporis est tamen in omni-
bus ut unitus. Per quartam uni-
versalitatem excluditur corpus Christi in sa-
cramento quod quamvis sit in pluribus
non tamen est in omnibus nec esse
potest. Quod hoc solum convenit ei sub
sacramento. Et ita patent prime in-
stantie. Quod tamen obicitur de voce
intelligendum quod quamvis sensibilium
in medio est per diffusionem unum
non numeratur vox sicut nec
lux nisi ad numerum suscipientium. Quot
quot sunt aures tot sunt vo-
ces. Quia vox in aere est multi-
plicabilis et non multiplicata. Et ideo
patet quod nec tota ubique cum nume-
ratione sicut nec lux diffusa nec
tamen per numerum. Et ideo exemplum
de existentia vocis non est multum

proprie deo. Ad illud quod obicitur
quod deus dat sempiternitatem dicendum quod
tamen esse ubique quia semper impor-
tat quantitatem infinitatem et infini-
tas sempiternitatis est infinitas du-
rationis que est secundum potentiam et hoc
non repugnat creature quia nichil
impedit durationem creature esse fi-
nitam actu et infinitam potentia
et ideo cum duratione creature ne-
cesse est ad addicionem. Sed ~~ubique~~ esse
ubique dicit immensitatem actu quod
importat simultatem loci et hoc
repugnat creature et ideo non potest
ei omnino communicari. Quibus tamen
secundum potestatem creature secundum quod parti-
cipant maius et minus de natura
spiritualitatis. Nam nichil est omnino
spirituale nisi solus deus sicut dicit
Augustinus de moribus ecclesie. Solus deus
est incorporeus quia omnia replet.
Creature autem quedam sunt spirituales
per abstractionem ut [illegible] et anima et i-
sta possunt esse in pluribus per conti-
nuitatem ad plura et ita secundum suam plu-
ralitatem. Quedam spirituales sunt per se-
paracionem a corporali ut [illegible] et iste
sunt in pluribus tamen non ut mul-
tiplicate. Quedam autem spiritualis
per unionem ut corpus Christi est ab-
spiritualis non quod sit verum corpus
et ideo est [illegible] medium inter animam et
deum et ideo magis cibus plus
sapit naturam spiritualitatis et ideo
est in pluribus ut sunt plura lo-
ca non tamen in omnibus quia racio
ubietatis non se extendit ad omnia
etc. Patet quare sub sacramento est
in pluribus. Quod obicitur de in-
separabili unitate solvendum est per
interpretationem unum alterum excedit
alterum ut patet in genere et specie

Quod obicitur per unionem: homo est deus. Dicendum quod hic intelligitur per communicationem ydiomatum simpliciter, et esse ubique convenit per ydiomatum communicationem.

Secundo queritur utrum esse ubique conveniat deo semper sive eternaliter, et quod sic videtur quia sicut semper se habet ad tempus ita ubique ad locum, sed ad omne tempus deus fuit semper, ergo ad omnem locum fuit deus ubique. Item nomen dei eternaliter ei convenit quia [illegible] passio dicitur [illegible], sed propter nomen convenientiam passionis ad subiectum distributivam supplementi includit differentiam temporis. Ubi dicitur de omni est quod non est in quodam nec alibi sic nec alibi non, sed in quolibet et semper. Ergo simpliciter quedam est ubique includit sempiternitatem, ergo esse ubique semper convenit deo, ergo ab eterno. Item res sunt in deo et deus in rebus, sed res sunt ab eterno, ergo a relativis cum dicuntur hec ad convenientiam deus est in rebus ab eterno, sed non nisi in omnibus, ergo etc. Dicendum quod non dicuntur correlative. Contra cum dicitur deus est in rebus non significatur deus nec dependentia dei ad res sed rerum ad deum, ergo [illegible] est dicere deum esse in rebus quia res sunt in deo. Item si deus non fuit ubique ab eterno et fuit, ergo fuit alibi quam ubique et modo est ubique, ergo mutavit locum, ergo in deo cadit mutatio. Sed hoc falsum, ergo primum. Si tu dicas quod mutatio est in creaturis. Contra cum dicitur deus est in loco non notatur effectus sed solum dei presentia, ergo videtur quod secundum hoc non significatur mutatio in creaturis sed solum in ipso deo restat. Ergo per impossibile quod deus est eternaliter ubique. Contra ubique presupponit ubi et ubi presupponit locum, et locum non est ponere nisi ex tempore, ergo et deum esse ubique non est ponere nisi ex tempore. Item hic sequitur deus est ubique, ergo est in celo, ergo destructo celo destruitur et actus, sed ab eterno non fuit in celo, ergo etc. Et hic sequitur deus est ubique, ergo in ista domo, sed ista domus non fuit nisi ex tempore, [illegible] ergo et esse ubique.

Respondeo: dicendum quod esse ubique dupliciter potest accipi de deo sicut et esse semper. Uno modo cum [illegible] semper importat durationem sine simultate secundum durationem etc., et sic est quod eternitas et convenit deo eternaliter. Alio modo connotat simultatem temporis etc., convenit ei a principio temporis. Sic esse ubique uno modo importat presentialitatem sive sine simultate per quam est presens omni ei quod est sive sit sive non etc., et sic est deum esse ubique quod deum [illegible] etc., convenit deo eternaliter, et secundum hoc procedit prima ratio. Alio modo [illegible] connotat locum creatum sive rem, et tunc convenit ei ab initio rerum et locorum [illegible] tunc tantum et convenit et semper, et ad hoc est [illegible] quod convenit soli et semper uno modo licet non eternaliter, sicut creatum in deo [illegible] etc. procedit secunda ratio, et iste modus accipiendi deum esse ubique est restrictus, et secundum istum modum non convenit eternaliter. Quod vero obicitur contra hoc quod conveniat eternaliter per suam presentiam, dicendum quod non est sua [illegible], cum dicitur quod res sunt in deo hoc intelligitur rationes exemplares, nichil connotatur actu, sed cum dicitur deum esse in rebus connotatur aliquid creatum, nam nichil est in deo quod non est, ergo si deus est in rebus

et locis et res et loca sunt non
eius tamen sicut se bene est in exem-
plari, tamquam in principio. Unde licet deus
est in rebus, non est tamen sicut res
sunt in deo, quia licet deus est exem-
plar rerum et ratio est rei extra,
et quia deus est in rebus tamquam
quia res continentur a deo et conservantur
ab ipso. Ad id quod obicitur quod si deus
non sunt ubique et modo est, ergo est
immutatus, dicendum quod non sequitur, quia hoc
non est propter mutationem dei. Quod
obicitur quod ~~si deus~~ ubique non conve-
nit effectum, quia solum potentiam, dicendum
quod potentia importat habitudinem ad opera-
tionem eius quam prius est et non exercet
et ideo potest esse incepta ratione rei
cui prius est non novum effectum. Ad
obiectum ad oppositum, propter hoc quod ubi-
que connotat locum … Quod
dicitur ultimo obicitur non valet, quando
est ibi … sicut hic iste tri-
angulus incipit habere res, non ergo
omnis triangulus semper habuit res quia
non sit distinctio per partes ut hic,
sed simpliciter.

Circa locum praecedentem quaeritur de
tertio articulo, scilicet qualiter deus
sit in rebus, et circa hoc duo quae-
runtur. Primo quaeritur utrum deus sit
in omnibus rebus aequaliter sive u-
niformiter. Secundo quaeritur quibus modis
et qualiter sit deus in rebus. Quod
aequaliter sit et uniformiter videtur, quia sicut
dicit … … et … se ha-
bet ad omnia, licet omnia non se habent
uno modo ad ipsam, sed omnia in deo
sunt uniformiter quia sunt vita et
creatrix essentia, ergo uniformiter deus
in omnibus rebus est aequaliter et uni-
formiter. Item quod est ubique totum est
aequaliter et uniformiter, sed deus ex

sit simplicissimus est ubique totus,
ergo aequaliter et uniformiter est in di-
versis rebus. Item unio rei in-
tima est sibi et forma, sed forma non
venit in nisi mediante appetitu,
appetitus autem … est ab essentia,
sed hoc non posset nisi per dei potenti-
am, ergo deus magis est intimus
omni rei quam sua forma. Haec for-
ma unionis rei est summe inti-
ma, ergo deus in summo est intimus
cuilibet, sed quod est in summo esse est
uniformiter, ergo etc. Item hoc ostenditur
per impossibile, quia si deus non est aequaliter
in rebus, ergo cum magis intime
est in una quam in alia, ergo in
aliqua non est summe intime, ergo ibi
est in re ubi secundum quod ibi non est
deus, ergo deus non est intimus quod
est, sed hoc est impossibile. Ergo primum.
Sed contra omne quod recipitur in ali-
quo est ibi per modum recipientis
et non recepti, sed creaturae non sunt
aequaliter capaces dei, ergo non est
aequaliter in eis deus. Item sicut se
habet intellectus ad primam lucem in-
sic ens ad primam essentiam et vi-
vens ad primam vitam, sed magis
intellectus magis participat divinam
lucem, ergo perfectius ens et perfectius
vivens divinam essentiam et vitam,
ergo perfectius deus est in uno quam
in alio. Item existentia dei in rebus
est conservatio rerum, sed non omnes res
aequaliter conservantur, ergo non est aequaliter
in omnibus. Item cum deus sit ubi-
que, solum dicitur habitare in iustis, sed
hoc non esset si aequaliter et uniformiter
esset in omnibus, ergo etc. Respon-
deo. Ad praedictorum intelligentiam est no-
tandum quod deum esse in rebus dupliciter
potest intelligi: uno modo ut idem

sit quod esse putem cuiuslibet rei
non condicionaliter effectum et unifor-
miter est in omnibus rebus eo quod
intimus est unicuique rei et summe pre-
sens et totus in qualibet re. Alio
modo per comparationem effectuum sic arti-
fex dicitur in artificio et secundum
[illegible] effectum per impressionem sue
similitudinis etc. Unde creature plus
habent quia alii magis est in una quam
in alia. et hoc potest esse dupliciter
vel extensive quantum ad ea que
sunt esse diuturnius ut in corpore
incorruptibili plus quam in alio sensi-
bili. et intensive quantum ad ea que
sunt eius nobilius ut in anima
sensibili quam in corpore incorruptibili
vel utroque modo ut in anima rationali
quam in corpore corruptibili. Hiis visis
patent obiecta ad utramque partem.
Secundum cum [illegible] duobus [illegible] ut
patet exceptis duobus primis ad u-
tramque partem. Quod cum obicitur
quod deus uniformiter se habet ad omnes
res. si intelligatur uniformitas
ex parte divini esse verum est. si autem
intelligatur ex parte effectuum falsum est.
Cum deus uniformiter et stabiliter
existens cuncta movet et multos
et varios effectus ponat. et efficacie
sic diversa in rebus facit quod res
non se habeant uniformiter ad ipsum.
Quod [illegible] cum dicitur deus esse in re-
bus uno modo comparatione effectus
alio modo non. Ideo unus [illegible]
quod sit uniformiter alio quod non
[illegible] quod omnia sunt
in deo uno modo per comparationem effectuum
sicut patet in [illegible] et [illegible]
[illegible] non est uniformiter [illegible]
modo non comparatione effectuum et sic
uniformiter. Quod obicitur [illegible] ad
oppositum quod omne quod recipitur est
per modum recipientis [illegible]

quod verum est ubi receptum dependet
a recipiente ut species a virtute
[illegible]. In proposito autem non sic
est [illegible] quia [illegible] non
non accipit modum rei etc. [illegible]

Consequenter querit quibus modis
et qualiter sit deus in rebus
et assignat magister duplicem modum
existendi dei in rebus. et unum mo-
dum accipit ab augustino de presentia dei
ad dardanum qui dicit quod aliter est
deus in omnibus creaturis aliter in sanctis
aliter in christo. In creaturis singulis
per naturam. alium modum accipit a
gregorio qui dicit super cantica quod
deus est in rebus tripliciter scilicet per po-
tentiam presentiam et essentiam [illegible]
[illegible] sufficientia et
[illegible] istorum modorum. et obiciuntur
contra assignationem augustini aut enim ac-
cipiuntur modi illi quantum ad di-
vinam substantiam aut quantum ad occu-
tionem aut quantum ad effectum. si quan-
tum ad effectum cum innumerabiles
sint innumerabiles sunt modi essen-
di. si quantum ad animam suscipientem
cum solum duplex sit suscipiens
scilicet rationabile et [illegible] quod tantum duo sunt
modi scilicet per naturam et per gratiam. Si quantum
ad dei substantiam cum in ea non cadat
diversitas erit tantum unus modus. Item
sicut gratia est effectus [illegible]
[illegible] operans [illegible]. [illegible] sic in ha-
bentibus gratiam est aliter deus quia
in eis [illegible] ita et in re in qua
operatur [illegible] sic ut in asina
balaam erit alio modo essendi. Item
sicut gratia [illegible] est super naturam
ita gratia [illegible] ut [illegible]
est pena et gloria [illegible] isti diffe-
rant [illegible] et [illegible] debent [illegible] hec di-
versi modi essendi distingui [illegible]
distinguit magister sufficienter

Item obicitur contra assignationem gregorii
autem talis. Illa assignatio est secundum effe-
ctum aut condiciones et proprietates
dei. Si primum effectum tunc cum con-
nullus denotet effectum non debet po-
ni. Si secundum condiciones dei sed non sunt
est dei potentia scientia etc sapientia et virtus
quod videtur quod insufficienter assignet.
Ille videtur esse contrarie in ordine
nam secundum rem et rationem intellige-
di essentia precedit potentiam et poten-
tia presentiam, quod male ordinat. Tertio
verborum [illegible] videtur quod in deo
idem potentia essentia et presentia quare
quod distinctio. Respondeo primo per primum quod assignatio
augustini respicit diversitatem modorum
essendi deum in rebus, sed assignatio
gregorii respicit conditiones modorum
essendi. Ubicumque enim est deus sive
per naturam sive per gratiam est essentialiter
potentialiter presentialiter. Diversitas
autem modorum essendi accipitur penes
diversitatem effectuum et non specialem modum
[illegible]. Quidam enim est ef-
fectus secundum quem comparatur ad deum
per modum exeuntis et sic omnes
veniunt sub modo nature extensio-
nis. Quidam per modum redeuntis
et hic est effectus gratie inchoate
vel consummate vel glorie et quantum
ad hunc est 2us modus essendi.
Quidam est effectus secundum quem com-
paratur creatura ad deum ut pervenien-
tis et hic est effectus unionis in
qua uniuntur in unitate persone
creatura et creator ut homo et deus.
Quoniam igitur tres sunt modi effectus
secundum quos creatura diversimode com-
paratur ad deum, ideo tribus modis
dicitur esse in rebus. Et primus
qui attenditur quantum ad exitum assi-
milatur linee recte. 2us quantum
ad reditum linee reflexe. Tertius
quantum ad perfectionem assimilatur circulo,
et primus modus similis est li-
nee. 2us similis est superficiei. Tertius similis est solidi-
tati, et ideo optime dicit apostolus
Coloss. ii. quod in Christo tota divinitas
habitat corporaliter. Est enim perfectissime
quod est in eo ad modum circuli, qui
est signum perfectionis et per modum alti-
tudinis que est quantitas perfecta.
Ex hiis patet sufficientia et distinctio,
et solutio obiectorum. Assignatio autem
beati gregorii accipitur quantum ad con-
ditiones modorum essendi. In hiis
enim verbis dialogi beati gregorii per-
fectionem modorum existendi deum in
omnibus in quibus est. Hoc notandum. Aliquid
enim est in aliquo secundum puritatis indi-
stantiam ut contentum in continente
ut aqua in vase. Aliud secundum virtutis
influentiam ut motor in mobili.
Aliquid secundum intimitatis existentiam
ut id quod est continens ut
anima in corpore. Et omne quod perfectum est
in re [illegible] est quantum ad hanc tri-
plicem conditionem. Et hoc modo est deus
et ideo dicitur esse potentialiter presentialiter
et essentialiter quia secundum puritatis indistan-
tiam secundum virtutis influentiam, secundum
intimitatis existentiam etc. Patet di-
stinctio sufficientia et ordo. Quia secundum ra-
tionem intelligendi conditiones iste
se habent per additionem, et ideo bene ordi-
nat beatus gregorius primo presentialiter se-
cundo. Aliqui tamen hiis conditiones vocali-
ter distinguunt penes scientiam po-
tentiam et operationem. Sed licet modus
existendi essentialiter videatur subesse
et potentialiter virtuti, tamen presentialiter
non videtur operationi. Nam presens est
aliquis alicui etsi non operetur.
Aliqui accipiunt penes generationem [illegible]

sed nec illud videtur tenere nisi
quia causaliter consistit non convenit
generis similitudine aliqui ponere
trinitatem vestigium sive modum speciem
et ordinem si omnia hec procedit
causam quam rationem intelligendum
Post hec istis incidunt dubita-
tiones due leviores et primo de hoc
quod dicit magister et est verbum
augustini si quod mali non sunt cum
illo ut ceci in luce secundo videtur cum
male dicitur quia mali sunt in deo
quia in illo vivunt moventur et
sunt ergo si non impediunt maior
coincidentia quam hoc quod est esse
cum aliquo quam in aliquo videtur
quod sic mali dicuntur esse in deo
ita debeat dici esse cum deo
et quia magis est intima deus est
cum malis vel mali cum deo
videtur quod hec mali sunt cum deo
verbi augustini in libro confessionum medi-
tationes et tertium non etiam loquitur
de statu presenti sed ante quam dicit
auctoritatem in originali ergo videtur
quod melius sit homo cum deo quam
deus. Respondeo dicendum quod hec propositio cum
dicit associationem in potentate aut
consideratur ut duo sive mutuum auxili-
um et conformitatis voluntatis quia ergo
soli boni habent voluntatem conformem
et sunt coadiutores dei ideo de
eis solis proprie dicitur quod sunt cum
deo et quia hec est que est op-
posita dicit auctoritatem quod vero mali
non conformantur nec auxiliantur
deo in sua salute sed contradicunt
et tamen deus adiuvat in multis
ideo dicit augustinus meditationes etc.
Item queritur de hoc quod dicit apud
se habet secundo videtur enim male dici
quod presentes sunt distinctione quia
distinctione sibi ergo deus a se non di-
stinguitur male dicitur quod apud se
erat si tu dicas quod distinctio dicit

solum quantum ad modum contra est
glossa super psalmum 70 que dicit quod
apud notat distinctionem personarum ad fi-
lium. Respondeo dicendum quod deus non solum
est in creaturis sed apud se unde
augustinus in libro confessionum deus est in se
ut alpha et omega in mundo ut auctor
et rector in angelis ut sapor et
decor in electis ut liberator et
adiutor in reprobis ut terror et
horror. Ad hoc obicitur quod proprie dicit
distinctionem et distinctionem dicendum quod quantum
est de virtute sue significationis non dicit
nisi distinctionem et quantum ad modum
quod aliter dicit quantum ad rem hoc
est ratione nature sine timore que
bus additur. Item queritur de hoc
quod dicit quod deus habet in se
quo habet esse in deo ut ab eo
cognoscatur et diligatur videtur hoc dici
quia habitum in multis qui non
enim cognoscunt ergo non videtur hec
ratio sufficiens. Respondeo quod est cognoscendi
actu et est cognoscendi habitu et quamvis
multi non cognoscunt actu cogno-
scunt habitu etc. quod quidam habet et habitudo
virtutum sic dicitur in hoc libro Item
queritur de hoc quod dicit quamvis
deus sit intellectui incompre-
hensibilis videtur enim falsum dicere quia
quod intelligimus debet esse sic
dicit augustinus sed rationes humane per
quas scimus deum esse in rebus pa-
tenciam et principaliter et causaliter
si tu dicas quod non comprehendimus sic
nec alia comprehendimus que dicuntur
de deo ergo magis de hoc quia de
super dictis non debet dici magister quod
sit inaccessibilia. Respondeo dicendum quod quedam
sunt pure intelligibilia et talibus
non comprehendit magister sed deficit
quedam sunt sensibilia et in talibus
sufficit quedam sunt quedam

imaginabilia et quamvis intelligibilia
et in talibus sequitur intellectus de-
ficit et imaginatio consurgit et defi-
cit ut cum cogitamus deum esse
ubique deum solo intellectu capimus
locum autem imaginatione et quia nec
imaginatio excessum non capit quod ali-
quid sit tamen in talibus locis et intel-
lectus in claritate lucis non aspi-
cit. Hinc est quod talia nobis non
intelligibilia videntur magis quam alia
Consequenter de hoc quod dicit Spiritus
rationalis sordibus pollui corporis
non inquinatur. videtur enim contrarium ex
eo quod dicitur Sapientie ix corpus quod
corrumpitur aggravat animam et iterum
anima contrahit criminale a carne et
inficitur ab illa. Respondetur sicut [illegible]
nota est quod [illegible] sibi et eius [illegible]
que est rei [illegible]. ita et infectio
spiritus rationalis [illegible] ut lepra
fiat leprosum. ut infectio generaliter
infectum. et primo loquitur magister quod
anima leprosi non est leprosa. secundo modo
obicit. Item queritur de hoc quod
dicit. In deo sunt omnia que con-
didit nec tamen inquinant eum et
videtur enim male dicere quod sordes cor-
porales inquinant res corporales ergo
res spirituales spirituales. Et si deus
non inquinant [illegible] non videtur quod
possit dici quod deus est in diabolo
quod est contra [illegible] respondetur dicendum
quod sicut tangit magister in littera sordes
corporales non coinquinant corpus
quia nec [illegible] nec depe-
dit. ut patet in radio qui non
inficitur sordibus quia nec depe-
nec [illegible] intrinsece materia
et quia deus [illegible] hic non
[illegible] obicitur quod deus est
in peccatoribus dicendum quod nullo modo

[illegible] esse [illegible] tamen quia hec
videbatur sonare in [illegible]
rationis [illegible] et [illegible]. Ratione
cuius [illegible] intellectus primus ap-
paret ut si dicatur deus in una
vel in alia [illegible] ad conser-
vationem nature

Utrum divina natura

peracte et spiritualis. Circa
octavo magister generaliter deus sit
in locis et rebus omnibus et quia
ad [illegible] in loco [illegible]
[illegible] et localitas in creatura lo-
cata. ideo intendit hic a deo has
[illegible] removere. et dividitur hec
pars in duas. in prima ostendit deum
indescriptibilem et immutabilem. in secunda
vero concludit per auctores et confirmat
ibi [illegible] utriusque divinam naturam et
prima pars habet tres partes. in prima
[illegible] immutabilitas et indescriptibilitas
convenit deo. In secunda hec removet
a natura angelica et omni natura creata
ibi Spiritus vero creatus [illegible]
In tertia suam conclusionem infert quod
solus spiritus increatus est indescri-
ptus ibi Sunt ergo spiritus creati [illegible]
[illegible] utriusque et cetera. hec est secunda pars in qua
suam resumit conclusionem ut addat
et habet hec pars tres partes. In prima
concludit propositum et auctoritatibus
confirmat. in secunda vero movet du-
bitationem et solvit illam ibi [illegible]
autem solet opponi. In tertia breviter
epilogat propositum et ostendit ratione [illegible]
[illegible] capituli ibi [illegible] demon-
stratum est sufficienter

Ad intelligentiam huius partis duo
[illegible] [illegible] primo queritur de
[illegible] [illegible] localitate dei
secundo de [illegible] angelica per

locum / hec enim duo consequuntur
in littera. Quantum ad primum articulum
arguitur sic. Primo queritur utrum
deus sit localis vel locus. Secundo
utrum sit mutabilis de loco ad lo-
cum. Tertio utrum sit separabilis a
loco, sive sit extra omnem locum.

Circa primum proceditur sic. Quod
deus sit localis ostenditur
hoc modo: esse in loco et esse loca-
tum convertuntur, sed deus est in
loco, ut in precedentibus probatum
est, ergo deus est locatum. Sed omne lo-
catum est locale, ergo deus est
localis. Item quod est in uno tantum lo-
cale est, ergo si plus per omnia
loca quam unum et magis capit na-
turam eius quod habet in toto quam
quod habet in parte multo magis est lo-
cale quod est in omni loco, sed deus
est in omni loco quia ubique, ergo videtur
maxime esse localis. Item deus est
ubique, ergo est hic a toto, sed quod est
hic est in loco determinato, et quod
est in loco determinato est locale,
ergo etc. Item deus est in loco aliquo
determinato, aut ergo secundum totum aut
secundum partem. Si secundum partem, ergo habet
partem, quod est inconveniens. Si secundum to-
tum, sed quod secundum totum est in ali-
quo comprehenditur ab illo et quod
comprehenditur ab aliquo loco determina-
to est locale, ergo deus est localis.

Contra. Magister in littera: localis non
est quia penitus circumscribitur loco.
Item ratione probatur sic. Nihil dicitur
temporale nisi quod exceditur a tempore, [tempora]lia
cum in tempore sint corrupta,
ergo nihil est locale nisi quod ex-
ceditur a loco, sed deus non exce-
ditur a loco, ergo etc. Item locus est
actus, ergo non denominat illud nisi
ad quod comparatur ut actus, sed ad
deum non potest comparari ut ac-
tus, ergo non denominat deum,
ergo deus non est localis. Item

locus est quantitas continua dimensi-
bilis, punctum autem est principium quan-
titatis indivisibile, ergo magis convenit
cum deo punctum quam locus quia
sunt ad [illegible], sed deus non dicitur
punctualis nisi improprie et [illegible], ergo
nec debet dici localis. Responsio: dicendum
quod locale dicitur quod sequitur leges
loci sicut temporale quod sequitur leges tem-
poris. Leges autem loci sunt quantum
ad actum continendi, sive circumscri-
bendi et finiendi, secundum quas locus
sic est ad locatum per modum impe-
rantis et locatum sic est ad locum
per modum suscipientis, et quia deus sic
est super locum ut nec ab eo aliquid
recipiat, sed solum eius indigen-
tiam suppleat et det loco virtutem
continendi et locato virtutem reple-
ndi, hinc est quod deus nullo modo
dicendus est localis, sicut dicit magister
in littera et rationes ad hoc inducte
[illegible] sunt. Ad illud ergo quod obi-
citur esse in loco et esse locatum con-
vertuntur, dicendum quod convertuntur ratione
[illegible] ipsum corpus, tamen ratione
spiritus convertibilia non, nam hec de-
signat [illegible] in loco, illud quod habeat
[illegible] locandi nec exigit nec
ponit [illegible] et indistantiam,
[illegible] locatio ponit ambitum et con-
tinentiam et esse locale ponit neces-
sitatem ad proprietates loci et indi-
gentiam aliquam, et ideo hec concedi-
tur "deus est in loco" tamen aliquid habet
improprietatis propter hoc quod hec propo-
sitio videtur portare continentiam a-
licuius, sed hec est magis im-
propria "deus est localis" et ideo hec
ista est plus impropria "deus est lo-
calis" et ideo non est concipienda
sed exponenda. Ad illud quod obi-
citur est in uno loco est locale, dicendum
quod illud est quia locus super excellit

ipsum localium / unde illud deter-
minat et diffinit sed ipsum est in cor-
poribus ipsum superexcellit omnia loca
et ideo super hoc non tantum pertransit omnia
loca quantum potest unius locus super
illud ipse est tantum in uno loco. et ideo
non est localis dicendus deus / Ad
illud quod obicitur quod deus est hic et
dicendum quod hic potest teneri dupliciter. aut
demonstrative tantum aut demonstrative
et discretive. si tantum demonstrative sic
verum est deum esse hic. quia non est
signare deum locum. cum deus est
non sit propius. si autem discretive
falsum est esse hic. et non sequitur quod proxi-
ma. et hoc ipsum procedit secunda ratio.
Ad illud quod queritur aut deus est
ipsum totum etc. dicendum quod in deo sunt
simul simplicitas et infinitas quibus
duo apponuntur contra demum nomine im-
portatus totalitatis. potest duplex oppo-
ni vel ratione simplicitatis et pri-
vat partem et partem. etc. sic ipsum
pronomine ut si dicatur totus deus
et ipsum deus in minimo loco sim-
plex est et quodlibet est capax sim-
plicitatis divine vel dicendum ratione
simplicitatis deus est in quolibet
loco totus. potest iterum totalitas op-
poni ratione infinitatis et hoc sit per
adverbium ut si dicatur deus est
totaliter in loco hoc. sive ipsum to-
tum. etc. cum divina infinitas a nullo
loco includatur deus in nullo est
ipsum totum ipse ergo querit aut
ipsum partem. aut secundum totum dicendum
quod non dividit per immediatum quia
deus nec est ipsum partem quia simplex
nec ipsum totum quia infinitus. et ideo
dicendus est totus in loco quolibet
non tamen totaliter. et ideo est in loco
non tamen totaliter

Secundo queritur utrum deus
sit mutabilis secundum locum. et
videtur quod non. videtur sic. magister in littera quod
sic et accipit ab Augustino super Genesim
deus est in omni tempore et in omni loco
non tamen movetur per loca vel per tempora
Item ratione obicitur quia motus est actus
imperfecti. sed in deo nulla est imper-
fectio. ergo nec secundum locum mutatio
Item per omnem motum acquiritur aliquid
sed deus nullum potest acquirere quia est per-
fectus ergo impossibile est secundum locum mu-
tari / Item nobilior dispositio est quietis
quam motus. sed quod nobilius est deo
est attribuendum. ergo impossibile est deum
secundum locum mutari. quia semper quiescit
Contra. Augustinus ad Orosium. deus mo-
vet se sine tempore et loco ergo videtur
quod deus moveatur. sed perfectissimus
motuum est motus secundum locum ergo et
Item Isidorus. cum sit illocalis deus
localiter tamen ambulat in sanctis. ergo
saltem videtur mutari per actus / Item
hoc videtur ratione quia movendo
nobis moventur ea que in nobis
sunt. hoc dicit philosophus et dicit propter
formas que non sunt in uno determi-
nate. ergo si deus est in nobis
deus movetur in nobis saltem secundum
accidens / Item quamvis deus quantum
ad existentiam per essentiam non deter-
minat locum tamen quantum ad effectum
diffinite est in corporibus ita quod non
in aliis ergo saltem quantum ad quem
modum est mutabilis. propter dicendum quod sicut
dicit magister in littera. deus nullo modo
mutatur per locum et hoc verum est quia
nec per se nec per accidens mutatur.
et hoc est propter summam immensitatem
qua adest omnibus et nulli abest.
et si incipiat esse in re vel desi-
nat hoc solum est secundum rei mu-

tallenem non sim mutatur cir-
cumpunctam si aere illuminato intelli-
gatur cetera cristallus radius in-
cipit esse in eo et cristallo amoto
desinit esse nulla facta mutacione
in radio / Ad id quod obicitur quod de-
us movet se etc. dicendum quod angelus
non dicit simpliciter quod movet se
sine tempore et loco et cum actus mo-
tus sim angelus comprehendimus sub
mutacione sim temporis et loci loconum
ideo tamen est hoc dicere quod idem esset
dicere movet se sine motu et ita
non movet vere nec implicat con-
tradictio sed cum in motu sint duo
scilicet quod est actus et quod est relacio sive
imperfectio volt dicere angelus quod mo-
vet sine motu quia semper est in
actu sed non in actu imperfecto cuius
perfectio / Unde dicitur Dionysius est in-
telligencia mentalis vel alter quia
semper facit ambulare i. per se idem
de virtute ad virtutem / Ad illud
quod obicitur quod movemur nobis re-
dam quod illud non est virtutem in-
si in illis que sunt in aliis per
dependenciam et diffinicionem verbi gracia
radius est in aere sed non depen-
det ab aere ideo non movetur mo-
to aere et quia alia est in manu
nec diffinitur manu ideo non
movetur mota manu / Deus autem
non dependet a rebus nec diffi-
nitur ideo non movetur ad motum
rerum / Ad id quod obicitur de habitacione di-
cendum quod determinare est in quibus
non rone inhesionis sed racione
influencie que et ideo non deter-
minatur ipse deus sed effectus eius
hinc est quod non per se sed per accidens
movetur nec moveri potest quia a
nullo dependet nec potest depen-
dere a nullo diffinitur nec potest
diffiniri et ideo plenum non est

impossibile sed eciam non intelligibile
obicit aliter quis sic intelligatur
corpus egressum a loco isto intro-
eunte tunc remanet vacuum a
quo ibi est deus aut non Si sic
ergo est in eo quod nichil est quod stul-
tum est dicere Si non est et prius ibi
fuit ergo videtur esse mutatus saltem
per accidens ergo videtur quod deus exeat
cum re et cum re a ingrediatur quia
si res tamen exierit deus exiret / Ad
hoc quod dicitur quod si per impossibile po-
natur locus evacuatus tunc rema-
nere intelligitur capacitas loci per
natura capacitas aliquid est et in ea
deus est ex racione aliter nichil est
et in illa deus esse non potest nec ergo
desinit deus esse ab eo quod rema-
net per recessum corporis sed cum
res ponatur aufertur spacio eius
ad deum / Et cum nichil est nullam
habet comparacionem sed cum res move-
tur deum dimittit nec ad deum ac-
cedit nec deus cum re venit quia
sic est in re ut sit extra rem ideo
ideo nec res eum dimittit nec noviter
invenit et hoc est intelligibile
si quis potest intelligere quod deus sit
simplex et spiritualis et incisus
quia cum est incisus ita est intra quod
extra quia simplex sim totum et idem
est intra et extra et ideo nec dimit-
titur nec acquiritur a in re nec ab
ipso item ad ipsum eum dimittit ut
alibi et alibi inveniatur
Secundo loco queritur utrum deus
sit ab eterno loco separabilis vel
extra universum locorum quod non videtur
quia extra omnem locum nichil est
ergo si deus est extra omnem locum
ergo nichil est vel in nichilo / Item
hoc quod est extra omnem locum est
ergo si deus est extra omnem locum
est in loco sed hoc est falsum et ideo

intelligibile. Igitur deus non potest ne-
que intellectu separari ab omni
loco. Item omne quod deus est extra mun-
dum, extra aut stat per aliquo aut per
nichilo. Si per nichilo, igitur chimera
est extra mundum. Si per aliquo, igitur per
nichilo vel per creaturam non per deo, con-
stat quod per nichilo. Igitur extra mundum
est in deo. Sed omnia sunt in deo,
igitur omnia sunt extra mundum. Item in nullo
est deus quod non sit in ipso. Sed nichil
quod sit extra mundum est in deo. Ergo
deus non est extra mundum. Contra quod
locus possit separari a deo secundum in-
tellectum: videtur quia possibile est secundum
intellectum locum separari omni lo-
cato et remanere vacuum. Sed vacuum
est privatio. Deus autem in nullo est
quod non sit in ipso; privatio autem non
est in deo. Igitur nec deus in privatione,
igitur nec in vacuo, et sic est separabilis
a loco. Item quod deus separetur a lo-
co secundum rem videtur quod sicut se habet
dei eternitas ad omne tempus, ita imme-
nsitas ad omnem locum. Sed dei eternitas
sunt ante omne tempus, igitur dei imme-
nsitas sunt extra omnem locum. Sed quod
est extra locum est separatum ab eo. Item
contra si deus est tantum in locis creatis
cum illa sint finite dimensionis et quod
comprehendit se finitum est diffinibile
et finitum, igitur deus esset finitus. Item
deus est a deo bonum quod melior co-
gitari non potest. Igitur adeo magnus et
immensus quod maior cogitari non
potest. Sed toto mundo potest cogitari linea
maior si intelligatur protendi extra
circumferentiam celi. Igitur si ibi est deus,
deus est extra. Aut non est maximum.
Item angelus potest esse extra mundum, sed non
extra deum. Igitur deus est extra mundum.
Responsio. Dicendum quod aliquid separari ab aliquo
est duplex, vel secundum distantiam

vel secundum independentiam. Primo modo
dicuntur duo que sunt in certis locis
separari cum unum elongatur ab
alio. Et hoc modo impossibile est re nec
intelligi deum separari ab omni loco,
nam ista separatio includit distan-
tiam spacii et hoc de natura in-
cludit locum. Et ita implicaret duo
opposita, scilicet quod deus sit in loco et di-
stet ab omni loco. Si autem loqua-
mur de separatione per independentiam
sic dicimus quod deus et re et intellectu
est separatus a loco, quia in se omnino est
independens a loco. Sic autem fuit prior?
omni loco. Locus autem eorum non est
separabilis a deo nec re nec intellectu,
sicut probant rationes ad hoc inducte.
Similiter si queritur utrum deus sit
extra omnem locum, dicimus quod extra duo
dicit scilicet situm et positionem. Et sic est impossibile;
sic impossibile est, sicut ante dicit tempus,
quod sit ante tempus. Alio modo ante et
extra dicunt excessum et sub excellentia
divine immensitatis et eternitatis respectu
temporis et loci. Et sic concedendum quod deus
est ante tempus et extra omnem locum, nec
ex hoc sequitur quod separetur a loco, sed
quod summa immensitas superexcedit
omnem locum nec ad illum artatur.
Et hoc vult dicere Gregorius quod deus est
omnia non exclusus quia non distat
et intra omnia non inclusus quia non
artatur. Quod in se ipso eius est omnis
immensus ita quod extra ipsum nichil potest
esse nec cogitari sicut nil potest co-
gitari ita immensum sicut deus est
in se ipso. Et per hoc patet sequens quia
non est extra non est pater? limitatio-
nem sed loci distinctionem. Ad illud
quod obicitur de linea, dicendum quod statim
deum intelligitur aliquid extra mundum,
et hoc datur intelligi quod deus

sit ibi sicut si intelligatur nona
incisio sicut absque dubio deus esse
in illo sicut non sequitur quod ibi sit
quia illud nichil est. Dicitur si stat
angelus deus nunc est extra non
sequitur motum secundum angeli. Secundo forte
hoc est magis fictionis quam veritatis.
tis. quia angelus est virtutis quod creat
sic probabit actum illud cogitando quod est quod
divinus esse sic non potest cogitatum. Verbum
in duratione. sic non potest cogitantium
tum. nec debet directum in presenti
et proximaliter et sic non potest cogitantium
habet intrinsece in duratione sic
nec in proximaliter hic intellectum
studiis est tamen tamen quibus ima-
ginetur et exprimat per suppositionem
Consequenter de 2o articulo
queritur. s. de motu locali angeli
et circa hoc queruntur tria. primo que-
ritur utrum possit moveri loca-
liter sine corpore. Secundo queritur utrum
moveatur per medium vel non. Tertio
utrum pertranseat medium motu subito
vel successive. Circa primum arguitur
quod angelus non possit moveri sine
corpore ostenditur sic. Dicit super can-
ticum 2 de loco ad locum transire
non est nisi corporum. ergo si hoc convenit
angelo non convenit nisi per corpus assu-
mptum. Item ratione videtur quod quod mo-
vetur aut motu per se aut per ac-
cidens. sed angelus non movetur
per se localiter. quia hoc est proprium cor-
poris. et illi soli inest ratione per se
cui inest proprie. ergo si movetur hoc
est per accidens. sicut quod per accidens
movetur movetur aliter alio motu
ut nauta motu navis. ergo videtur
quod angelus non possit moveri nisi
motu corporis. et illud corpore assumpto.
Item omne quod movetur movetur propter
indigentiam. sed in angelo beato
nulla est indigentia ergo etc. Si
in beatis quod propter indigentiam nec
ergo in secundo indigentia nulla non
videtur quod angelus possit moveri.
Si ergo indigentia nulla nullam dat
virtutem angelo patet etc. Item omne
quod movetur differt a motore sicut potentia
ut patet. sed angelus non distat a
se. ergo angelus non movetur a se nec
ab alio. quia non potest moveri a mo-
vente aliud sicut motus corporis
Contra hic .i. omnes sunt administratorii
spiritus missi propter eos etc. sed aliquos mi-
sterium exercuerunt sine corpore ut sug-
gerere bona et huiusmodi ergo possunt sine
corpore moveri. Item Damascenus dicit
invenitur in divinis missis vel in
velocitate nature. si ergo velocitas
est dispositio ad motum quod sicut non sunt
inmobiles. Item angelus in uno lo-
co tantum est et ibi est ubi operatur ergo
virtus eius aut est ad unum tantum ac-
tiva aut si non est activa nec
sibi est activa ad unum locum sed
non potest esse in pluribus ergo non
est in uno loco. est in potentia ad
alium sed quod est in potentia ad unum non
fit actu in illo nisi per motum secundum lo-
cum ergo etc. Item quod movetur sine corpore
assumpto ostenditur per se in anima. anima
cum exuta a corpore fertur in celum
vel descendit in infernum localiter
sed constat quod anima non assumit
ad corpus quia simul ergo movetur sine
corpore. ergo pari ratione angelus. Item
angelus in empireo potest esse sine
corpore pari ratione et in terra. ergo si per
eandem viam per quam commensurat in
terra fiat sed in terra sine differt ergo
videtur quod sine corpore. Preterea dominus quod
angelus stat dicit scriptura habet
moveri. moveri autem non solum
assumpto corpore sed etiam corpore non
assumpto cum non sit motus lib-

tutis nec virtutis nec nobilitatis
sine corpore quia est cum corpore
ad intelligentiam. Ad obiectum est
notandum quod sit esse in loco est duplex
sive localem sic tangit inge-
in loca s. quia circumscribitur et quia
diffinitive a. aut quantum ad localem
situm vero non. Ita movetur per locum
unde vero est per circumscriptionem fieri de
loco ad locum et est in corpore. Ad quod
movetur est unum per se secundum diffi-
nitionem sive etc. et est sensum et per se
ergo per circumscriptionem non movere ange-
lus nisi corpore assumpto. unum per se
per diffinitionem movetur angelus etc. sine
corpore. ex hoc patet responsio ad primum
obiectum quod dicit accipit differre
et sive sicut per localem loci quae
est circumscriptio. Ad 2m ergo quod quali-
tercium per se aut per accidens etc. secundum
proprietatem diffinitionem de motu secundum pro-
prium motum vero modo spirituale et per
accidens s. alio modo sicut cum navi-
ta mota navi movetur sic sensus mo-
to corpore in quo est contentum ad secundum
motum sicut angelus per se ipsum et
sine corpore diffinitive loco [illegible] per se
ipsum sufficit. ita quod non alio indige-
re nec per aliud mobile. ipse autem o-
biecit de primo motu tamen qui per se
convenit corpori soli. Ad 3m quod obicitur
quod omne quod movetur movens indi-
geat etc. dicendum quod illud verum est in
motu naturali in quo natura non
movet nisi per appetitum locus ra-
tionem potentiam impressionem in natura. quod
natura habet perfectione sua [illegible]
sed non est necessarium in motu volun-
tario in quo movetur aliquis sicut [illegible]
ad accedendum sive ad [illegible] de-
[illegible] sicut movetur miles in
stadio vel dicendum quod illud verum est
in omni motu generaliter accipiendo

indigentiam et alicuius [illegible] suam
quantum ad id cuius generatio potest
imperfectam vel cuius generatio non im-
perfectam potest. sed limitatam sic est
in angelo. angelus enim volens
aliquid operari in terra indiget transire
ad terram quia non potest esse simul in caelo
et in terra propter hoc quod habet virtutem
finitam etc. patet illud quod limitatio
non repugnat sive perfectionem naturae
Ad 4m quod obicitur quod omne quod movetur
differt a movente dicendum quod in natura-
li motu verum est. ubi mobile movet
se. et mobile reflectit super se per
alligationem sui materiae sed non est re-
rum in voluntate quae est instrumentum
se ipsum movens et virtus quae est
in substantia spirituali potest super se ipsam re-
flecti. et ideo movens idem et mo-
bili tamen non sunt idem. quia an-
gelus habilis est ad movendum per
se ipsum quod est sua substantia vel in si-
[illegible] ad movendum per se
ferme sine ipsius opere est vel vir-
tus actione

Secundo quaeritur utrum angelus
moveatur per medium vel non
et quod per medium videtur. Damascenus dicit
quod angelus cum perfecit velocitate et
penitus natura sed transire est per medium
transire. ergo [illegible] cum angelus movetur
a termino a quo ad terminum in quem. aut
movetur in termino a quo. aut in termino
in quem. sed in termino a quo est non
motum esse. et in termino in quem est mo-
tum esse. ergo cum movetur sit me-
dius [illegible] oportet quod sit in spatio
intermedio. Item quod possit moveri
per medium videtur quod certum est quod angelus
existens parisius potest esse romae cum
voluntate et in qualibet intermedio loco
et prius in [illegible] et deinde in

~~singulis locis quibus se habebunt~~
sed hoc est transire per medium. Preterea
item continuorum inter aliqua extre-
ma cadit medium quod habet natura-
lem ordinem ad extrema impossibile
est quod agens virtutis finite possit
pervenire ab extremo in extremum
sine medio ut patet quod inter al-
bum et nigrum est medius color
impossibile est quod aliquod agens cre-
atum faciat de albo nigrum quin
faciat per colorem medium sed inter
celum et terram naturali ordine
sunt alia corpora media. Ergo im-
possibile est quod a celo in terram fiat
finite moveatur sine media transi-
tione. Contra angelus super [illegible] ad
terram et iuste ponit in terra. Deus
movet creaturam spiritualem per tempus
non per locum. Ergo quod ille fiat de uno
loco in alium hoc non est per locum
medium. Ad 2 conclusio probata est in-
ter physicos quod impossibile est impossibile
moveri super magnitudinem sed an-
geli non assumpto corpore est impossibile
quod moveatur. Ratione vero quod si transit aut
ergo per simplicia aut per composita si
per composita ergo est compositus si per
simplicia sed illa sunt infinita in
continuo quolibet et impossibile est infi-
nita pertransire. Et si per simplicia sed
ex simplicibus non sit aliquod continuum
ergo motus ille non est continuus.
Ergo per hunc modum illa numquam pertransit
spacium. Ergo si per medium movetur num-
quam pervenit ad terminum. Et impossibile
est quod pertranseat spacium maius se quia
prius pertranseat spacium minus vel equa-
le. Ergo si spiritus angelicus transit per
spacium pertransit primo per spacium
equale sibi vel minus quam maius
sed equale simplici non est nisi
simplex additum simplici non fa-
cit maius. Ergo in prima transitione

~~est ac si nichil transeat. Similiter~~
nec in 2o transitu. Ergo nec in tercio
etc. numquam pertransit spacium aliquod.
Responsio dicendum notandum est hic quod circa
hoc diversimode dixerunt diversi.
Quidam enim dixerunt quod cum an-
gelus sit simplex non potest me-
dium pertransire unde movetur ab extre-
mo in extremum sine medio et
omnis locus ad quem movetur se habet
ad illud per modum medium unde
loci mutatio in angelo non est
motus sed mutatio tantum sine medio
sed isti positio non videtur conveni-
ens cum est quod angelus qui est
custos hominis potest ita custodire
quod non deserat ipsum et sine corpo-
re custodire potest. Ergo inseparabile comi-
tari illud. Ergo cum homo vadit per
medium et angelus non deserit eum
potest et angelus vadit per medium et
ideo fuerunt alii qui dixerunt quod
angelus et per medium et sine medio
potest moveri quod motus eius est ad
nutum sive voluntatem suam et intellectum di-
numeratur eius collatio et ideo tantum vult
facere se in extremum immediate et tamen
vult pertransit et ponunt simile quod in-
tellectus noster potest cogitare de parisius
et de roma dupliciter aut ita
quod immediate cogitet de uno et post
de alio vel ita quod primo de uno
et post de media et tercio de tercio. Et quod
angelo ita facile est fieri sicut
nobis cogitare cum non sit colli-
gatus corpori dicunt quod sic et sic
habet moveri. Sed consimile sit de po-
sitione cogitationum non est conveniens
quia cogitamus penes se habet speciem
rome et speciem parisius. Ne ista ha-
bent situm in anima nec ordinem
sicut sunt ymmo quelibet equaliter
est prius affectum et ideo ad libi-
tum potest de una et alia cogitare
~~sed in re est ordo et situs in illis~~

et nullo mediante medium inter
unam civitatem et aliam propter hoc
exemplum illud non est conveniens nec
propter apitur nobis via ad intel-
ligendum quid illud est intelligere
aliquo modo quod fiatur per medium et
racio concordat et auctoritas et ideo
videtur racionabile illud esse dictum sed
illud medium quod dicit quod possit sine
medio arbitror recipiendum non
quod asseram esse falsum sed quia non
est auctoritas in scriptura que hoc di-
cat et ideo non cogit nunc non ca-
pit. possibile tamen est quod deus dedit
ad (?) corporibus vel spiritualibus quod carnales
intellectus non capiunt concedende (?)
sunt raciones probantes quod angelus
moveatur per medium. Ad ultimum quod obicit
quod deus non movet per locum angelum
dicendum quod [illegible] est eis in obs-
curum intellectum aug. quod patet quia
licet ipse eum (?) spiritum dixit non mo-
veri per locum communia (?) proprietates loci
[illegible] tripartitam dimensionem non obmittit (?)
et successive de loco ad locum sed
proprietatem corporis que est [illegible] et
mensurandi aliqua nature et speciei ad-
mittit spiritus. Nam nove affectiones
succedunt in spiritibus per naturam et co-
gitaciones et voluntas ille inten-
duntur et remittuntur ita quod ubi potest
esse possibilitas a parte forme sine
[illegible] agrendi. Ad ultimum quod queri-
tur de puncto quod impossibile non mo-
veri super magnitudinem dicendum quod plus
probat et concludit in impossibile quod hic
situm in magnitudine quod est impossibile
et situatur in impossibili hoc non potest
moveri super magnitudinem quia si move-
tur movetur ad agrendum situm et quod
acquiritur per motum acquiritur pars post
partem post partem. sed situs impossibilis non
potest acquiri ita quod pars post partem a-

cquiratur et ideo verum est quod
tale impossibile non potest moveri super
spaciam magnitudinem sed angelus tale est
impartibile quod non habet situm in im-
partibili nec est dicere quod angelus sit
in loco impartibili sed partibili et ideo
demonstraciones predicte non habent hic locum.
Ad ultimum quod queritur aut transit per sim-
plicia aut per composita potest dici quod
transit per composita quia non est in loco
simplici sed composito hoc suppono
ad presens sed suo loco probabitur. nec
valet transit per composita ergo est com-
positus sicut nec necesse anima est in
composito ergo est composita quia sic est
in illo ut non sit in parte sed ipsum
totum simplex sit in qualibet parte
ita tamen quod ille partes sint eius loci
posset tamen dici si quis vellet se
[illegible] implicare quod eciam si transi-
ret per simplicia non posset hoc transi-
re infinita et hoc patet si quis
imaginetur speram moveri super
planum non tangit nisi in puncto
quod non tangit nisi per simplicia
nec tamen transit infinita actu quia
spera illa fertur super planum et non
quiescit in qualibet situ et ita nulli
puncto se coaptat (?) sed nec innititur (?)
puncto in illo. sed cum sit in conti-
nua lacione respicit illa indivisi-
bilia ut unum et ita ut sunt in con-
tinuo. etc. cum continuum sit finitum
actu et infinitum in potencia et illa potencia
non reducitur ad actum non transit
infinita actu quia non respicit illa
ut actu numerata. verumtamen quod expedit (?)
est calumpniam et debitum non videtur
[illegible] dicte forme (?) qui cum dicit
impossibile non moveri [illegible]
magis adaptat (?) et per illam partem se-
quens obicit eum ac si angelus

esset in puncto quod omne seqm ac-
do; et non esset in loco cum puncto
non totus sit. nec sit actu in conti-
nuo. Sed hec totum melius patebit
in secundo libro

Secundo queritur utrum spiritus ange-
licus pertranseat medium mo-
tu subito vel successivo. Et quod successive
videtur: in quo instanti est in termino
a quo, et in quo instanti est in ter-
mino ad quem, sed inter quelibet duo
instantia cadit tempus medium, et in
medio illorum instantium est motus
ipsius angeli. est in tempore, ergo movetur
motu successivo. Item hoc ipsum
obicitur a parte spacii: sic angelus per-
transit medium in aliquo instanti,
est in medio et in partibus medii;
sed impossibile est quod aliquid unum
creatum et corpus (?) simul et se-
mel sit in pluribus locis; ergo im-
possibile est quod angelus in eodem
instanti sit in toto medio et in fi-
ne. ergo non movetur subito; ergo ne-
cessario oportet quod successive. Item
hoc obicitur a parte virtutis, sic valet (?)
primo si tanta virtus movet in
tanto tempore et maior in minori et
maxima in minimo, et infinita in nul-
lo; sed tamen quod potencior est virtus, tamen
hoc quod velocior est motus. sed in-
stans excedit tempus improporcionaliter,
ergo et virtus que movet in instan-
ti superexcedit illam que movet
in tempore in infinitum. sed nulla virtus
creata superexcedit aliam in infinitum,
et virtus angelica est creata, ergo cum
motus omnis naturalis localis sit suc-
cessivus, patet quod motus angeli sit
successivus. Item si angelus move-
tur per medium, ille est vel motus
aut intuitivus (?) si intuitivus ergo quan-
do vel … quod consistit esse
simul … motus sed nunc motus

tempore dictus sit prius et posterius et si-
mul et prius; et omne tale est succes-
sivum ergo etc. Contra Augustinus in libro
de visione Radius non continuus (?) per-
venit ad loca propinquiora quam ad
loca remociora. et sic patet quod pertransit
omnia media. ergo si virtus angelica non
est minus potens sed magis patet (?) re-
… prius pertransit quod si esset racionem in-
… motus, sed … facit ipsum spacium
angelo quod facit racionem corporis motu (?)
et nullo modo resistit sicut … racionem
ergo videtur quod ipse angelus subito ipsum per-
transeat. Item omne quod successive mo-
vetur primum est in termino a quo, post in ter-
mino ad quem, sed de tali est par-
tibile. ergo necesse est angelum esse partibile
aut non moveri successive. Item de
quod simul se diffundit … simul non
successive movetur sed angelus simul
se diffundit cum sit omnino simplex
ergo in instanti et non successive
movetur. Item motus successivus est com-
positus et actus, et nullus actus
compositus est in subiecto simplici. sed
angelus est simplex ergo non est subiectum
motus successivi sed mobile est sub-
iectum motus ergo etc. Dicendum quod circa hoc
senserunt aliqui dupliciter. quidam
enim dixerunt quod quia angelus est sim-
plex et spacium compositum quod tamen an-
gelus contra eius virtus est spacio in-
proporcionalis et ideo virtus eius omne
vincit super spacium a deo quod subito
et motu improporcionali spacium pertransit et
est talis motus super naturam. et quia
difficile videtur intelligere quod pertranseat
medium quin sit in pluribus partibus
medii et ponere quod subito moveatur
et in pluribus partibus et est ponere
in illo motu quod sit in pluribus

locis simul et hoc omnino absurdum
est dicere de angelo, sicut dicunt
sancti et philosophi et doctores catholici in hoc
concordant et ideo dicendum est quod angelus
non movetur per medium motu subito
sed successivo. Propter quod in motu qui
successivus et successive perfectus est propter
successionem ex triplici causa: prima est
medii distancia, secunda medii resisten-
cia, tercia est potencialitas mobilis,
quarta est finitas virtutis potencie moven-
tis in potencia maxime per medium.
Concedendum est igitur quod motus angeli
per medium non est perfectus successione
successivus quia deficit ibi resistencia
spacii et potencialitas mobilis. Est tamen suc-
cessivus racione distancie spacii in
qua non potest esse simul per totum et
finitatis virtutis moventis que non
excedit modum imperfectionis(?). Ideo nec
facit motum imperceptibilem(?) in me-
dio et concedende sunt raciones pro-
bantes motum illum per spacium esse
successivum. Tunc prima racio sophi-
stica est sed alibi dissolvetur cum a-
getur de sepultura(?) corporis in corpore
Christi ubi est locus suus. Ad id ergo
quod obicitur quod radius non exiens(?) pre-
dicendum angeli lapidi(?) sicut corporeitas
sive non recipit radium(?) lucis pre-
sencie ad singula loca quia ad re-
moracionem non est sicut rem non potest in
re prius et posterius. Unde si dicatur
radius moveri subito intelligitur
subito pro repente et repentinum de
illud quod est moveri in tempore in-
perceptibili. Sed aliter potest dici quod ille sub-
bitus motus quod motus lucis in medio
non est motus localis tamen sed est
motus diffusionis qui est generacio

sicut generatur ydolum ab obiecto
et quia lux subitus est et lucet simul
tunc est generat splendorem et ita in
eodem instanti potest de illo intelli-
gi potest et sic de ceteris(?). Unde si simul
esset oculus et generaret et primo in-
stanti fuisset videns plenus oculum(?)
lux hoc non potest credere qui nescit
inclinus(?). Ad illud quod obicitur de va-
cuo quod si esset vacuum non esset mo-
tus, dicendum quod contra hoc multa multi
dixerunt quorum dicta longum esset
dicere. Nunc autem sustinendo primum
dici potest quod si esset vacuum non esset
motus successivus recte intellecto
vacuo sicut quod recto plenum intelligere
quod dicit simpliciter privacionem, sed est va-
cuum ibi ubi intelligimus vacuum
ibi intelligimus nichil esse, ergo non so-
lum deest corporis resistencia verum-
eciam nulla distancia est ibi, ubi
autem nulla distancia est non est
prope nec longe, ubi autem est motus
localis, racio est approximacio vel
elongacio. Ergo si est vacuum non est mo-
tus, non propter defectum resistencie
sed distancie. Sed quod medium com-
paratum ad angelum habet racionem dista-
ncie quia non facit distanciam inter ex-
trema ideo sufficit ad successionem
in elementis propter distanciam, sed ubi
est vacuum non est distancia, et hoc
per consequitur racio ad motum localem
particularis(?) cum mobilis et finitas
virtutis non faciunt successionem nisi
sit prius et posterius in magnitudine super
quam est sive in eo quod acquiritur
per motum. Ad id quod obicitur quod illud
quod movetur successive partem est in
termino a quo partem in termino ad

quem modum in successivo ubi est
plena successio est ponere partem et
partem et continuum ad magnitudines sub
tractum et continuum ad magnitudines mobi-
le et continuum ad distantiam acquisitam. quia
realis motus ad situm est motus
ad formam quandam non, sed in motu an-
geli non est successio, sed secundum omni-
modam complexionem et ideo non sunt eo-
dem modo sed solum secundum potentialitatem
et possibilitatem magnitudinis super quam
Unde ergo dicitur quod partem est in ultimo
a quo partem in termino ad quem que
hoc non est secundum divisibilitatem per cuius mo-
bilis sed est solum per accessum et recessum
simul. Ad illud quod obicitur quod simul se
diffundit totum modo quo continuitas quod partes
sua se totum simul diffundat non
tamen diffundit se simul super totum propter
distantiam medii in qua tota non
potest esse simul. Ad illud quod obicitur
quod compositum actualis non potest esse in re
simplici dicendum quod verum est de compo-
sito quod habet partes actu, sed de composi-
to quod est in successione non est verum
sicut enim duratio successiva potest esse
in angelo secundum quod manet eo quod de
illa magnum est nisi nunc ita mo-
tus successivus potest esse in eo secundum quod
fertur. Et hoc conceditur secundum illum
licet intelligendus sine visione patet
obiectum. est enim perfectum sicut quod
angelus movetur sine corpore assumpto
et quod movetur in medio sive per medi-
um. et quod movetur motu successive
licet non omnimoda successione com-
positum ut predictum est

Postea ista sunt dubitationes de ce-
lestium et primo de hoc quod dicit
magister: necesse divisionem esse sicut
corporis etc. videtur enim male dicere
quod dicitur esse. in ut possint com-
parationes omnium omnibus fallentia que

sit longitudo latitudo etc. et ge-
exponit aliud de deo, Primo magister lo-
quitur ad literam, sed apostolus loquitur
methaphorice. vel multiplicat exponit
ista verba. Et in deo enim longitudo est
longanimitas latitudo caritas sublimi-
tas spe et profundum iustitie sive
sapientie quantum ad dei iudicia. Item
queritur de hoc quod dicit angelus in la-
tera movet creaturam corporalem per
tempus et locum. videtur enim male istam
divisionem angelus. Primo a philosophus nulla
ponitur mutatio secundum tempus. et iterum
ista divisio non videtur sufficiens quia
alius ponit sex species motus. Responsio
dicendum quod secundum philosophum omnes species motus
ad hanc duplicem motum reducuntur
scilicet ad motum ad situm et ad motum
ad formam angelus aliter motum ad si-
tum intelligit per motum secundum locum
qui est eius perfectus et completus
sive deperditione vel inventione
circa qualitatem sive quantitatem substanti-
am qua ad situm est a perfectione
sit ad formam motum autem ad for-
mam qui subdividitur per quatuor species
comprehendit sub mutatione secundum tempus
propter hoc quod de se dicit aliquam substantiam va-
riabilem et rei variabilis. unde o-
mnem mutationem que est secundum perfec-
tatem rei absolutam et intrinsecus
sive secundum qualitates corporales sive spi-
rituales ut sunt affectiones in an-
gelis et ipse vocat mutationem secundum
tempus et ita patet ratio divisionis et
sufficientia. Item queritur de hoc quod
dicit de spiritualis creatura per que mo-
vetur enim sicut dicitur quod spiritualis
creatura mensuratur evo est sit per
tempus. ergo si movetur non per tempus movetur
sed per evum. Et intellectus angelicus
est dei formis sicut vult philosophus
quod intelligit in instanti pari ratione

et afficit non g° in tpe. ptea tps
p prius est mensura motus primi mo-
bilis. g° illud solu mensurat
tpe qd subiacet illi motui. sed
tale non est angelus nec eius mo-
tus. g° &c. Ad primu dicit q tem-
pus uno mo dicit pprie et dicit
mensuram rei mutabilis mensurantis
mutabilis tam sub ratione et diuini
et qui motus primi mobilis e mo-
tus maxime euidens et continuus
int omnes tempus hoc mo dr pprie
esse in primo mobili sic in subo
in quo primo est. et in quo primo
apparet. alio mo dr tempus mensura
cuiuslibet rei mutabilis scdm qd muta-
bilis sine mensura instantanee
sine continue. et non tm est i mo-
tu primi mobilis et in hiis que ei sb-
iacent sz in omni creatura qd am-
dit variacoe et est in angelis. et
p hoc patent obiectiones Claudi eius
obicit de euo. dicendum q euum e men-
sura angelica quantum ad esse essentiale
qd est inuariabile et ininterruptibile sed
tempus quantum ad operaciones que vari-
antur et quedam subito quedam success-
siue sic patz in angelis p naturam
pauluntime intendi aliqua affectus
et patent cetera / Ad quintum de hoc
qd dicit. q eadem sapiencia est in du-
obus neque maior neque minor. dicen-
dum scdm dicit q sapiencia est actus
et qualitas sapientis et accidens per
formam inuariabilis. Ideo dicendum q ad hoc
voluit aliqui dicere q eadem sapiencia
eadem esset in duobus sapientibus
et hoc dicunt intelligi p duas sup-
posiciones. vna est q forma rei in
alia non differunt p eciam a re
extra. alia supposicio est q eandem rem

nosse plures duo sapientes i vnum
cognoscere qd dictum est singulare. et
hoc vltimum non indiget persuasione
sz prius ostendunt q eadem sit quia
p eandem rem cognoscitur p que res
est esse. Si g° p formam suam est
esse g° et cognosci et forma rei que
e in anima et eius intellectus sit scien-
cia p illam formam et contingat ali-
quos duos eundem scire et
cognoscere illa non est tm vna forma.
sed est vna. et qd hoc verum sit
persuadent p hoc q si forma pot
scdm vltimum consilem formam in
materia producere et seruare facit in ali-
qua materia. quare non est simile in
anima que habilior est ad recipien-
dum et hoc dicunt sensisse Augustinum
qui dicunt q sapiencia non est ad modum
aliarum proprietatum sz hoc pot declarari
ab Aug. qui Augustinus vult et alii
scilicet q esse in pluribus omnino dissi-
militer non conueniat vni et eidem eciam
nisi p accidens. et ideo pot ista sup-
posicio fundata est. q si vltimo assimi-
latur in anima quare non diceretur anima
eciam asinus. et ideo si esset verum
ad hoc non esset eadem q nulla for-
ma eum generat se. generat se omnino
eandem. sz de intencione plures fuerunt
sciencia in genere et generat perfect
sapiencia in deo et non valet ad propositum
et ideo scdm modum dicendum est qd
Augustinus intelligit de sapiencia increata
que est in sapientibus et attingit
ubique pp' sui mundiciam sz ubi Augustinus
intendit ponere exemplum in eternum
non videtur ad hoc hoc esse scdm eius
intellectum et ibi ipse dicit q illa

sapientia est equalis in duobus qui sunt
equaliter sapientes non autem in diuer-
so vel loqui de habitu et ideo est sim-
modum quod ipse loquitur de virtute
differunt. Sed illud ad hoc non esset
sufficiens dictum quod tunc maior esset
in duobus quam in vno sicut patet in
duobus dimitibus qui sunt in diuersis
difformes et equales propter hoc dicendum quod
pluralitas sine intensio in aliqua habitudine
comparatur ad aliquid in quo est et ad
id cuius est et quantum habet ab
eo cuius est et ad id dicitur. Ideo plu-
ralitates vnius rei in aliquibus plu-
ribus quam in vna et eandem dicimus
virtutem et sic vna quantum ad hoc hic
est quod per comparationem ad illud cuius
sunt virtutes nec maior sit due
quam vna sicut nec sapientia sed in com-
paratione ad alias que per illas cog-
noscunt dicitur pluralitas et plus sunt
due quam vna et ideo patet quod non
potest poni omnino simile quia res differunt
a sua intensione sicut scientie in deo
autem in quo non differunt patens est
quod vnus potest esse in infinitas etc. patet
totum obiectum

D.xxxviii

Uenit ergo ad propo-
situm reuertentes repetito in-
finitum etc. Hec est 2a pars
huius partis totalis in qua agitur de
diuina scientia. Continuata cum prima parte
qua agitur de ipsa quantum ad substantiam
et in generali hic agitur de ipsa quan-
tum ad modum, et quia duplex est modus
nobilis cognoscendi scilicet certitudo et perfectio
sine infallibilitas et immutabilitas
ideo hec pars habet duas partes in prima
agitur de scientie infallibilitate sine certi-
tudine in 2a vero de eius immutabilitate sine
perfectione ibi Postea solet queri vtrum
scientia dei etc. Prima pars spectat ad
presentem distinctionem in qua intendit in-
tendit querere vtrum diuina scientia in-
fallibiliter ponat scitum. Habet
hec distinctio duas partes in prima
parte redeundo ad propositum propter digres-
sionem premissam statim breuiter epilogat
predeterminata. In 2a prosequitur suum
principale propositum ibi Hic oritur
questio non dissimulanda etc. et hec pars
habet duas in prima intendit inquirere
vtrum scientia ponat scitum per modum
cause vel effectus. In 2a vtrum per modum
necessitatis vel contingentie sine infal-
libilitatis ultimo ostendit ibi Ad hoc autem
quod supra dictum est etc. Prima pars duas
habet in prima ostendit de vtraque
parte scilicet quod scientia est causa sciti et eius
effectus. In 2a soluit ibi
Nam cum videtur repugnantiam etc.
Similiter et 2a habet duas in prima opponit
in 2a soluit ibi Ad quod dicendum illam
locutionem

Ad intelligentiam presentis quoniam
duo principaliter queruntur primo de
scientia diuina quantum ad causalitatem
2o quantum ad infallibilitatem. Et primo que-
runtur duo primo quantum vtrum scientia
diuina sit causa rerum 2o vtrum sit
causata a rebus. Et quod sit causa rerum
ostenditur sic Anselmus ... De concordia
r deo res futuras sunt quod deus eas
nouit. Item regula sic omne illud quod
antecedit aliud et ipso posito ponitur
aliud ipsum est causa ipsius. hoc patet
per diffinitionem cause. Sed diuina scientia pre-
cedit omne futurum et ea non ponitur fu-
turum respectu cuius est ergo scientia est causa
... omnis res aut est a deo aut
a natura aut a libero arbitrio et accipio
... istis largissime prout complectuntur
casum et fortunam. Sed nulla res a natura
esse potest nec a libero arbitrio nisi operante deo
ergo omnis res est a deo sicut omne
futurum sed non est nisi a deo agente

et ibi secundum artem et cognitionem, ergo etc.
Item omne quod scitur aliquo modo est
in se vel in sua causa, quod praescitur
scitur a deo, ergo omne futurum praesci-
tum est a divina praecognitione ut causa
ergo etc. Item omne quod scitur aut
scitur per causam aut per speciem aut per
effectum, sed deus praescit, ergo aliquo
dictorum modorum; non per effectum quia
effectus sequitur; non per speciem sive
similitudinem quia illa est simul vel est
post rem cuius est similitudo, ergo per causam,
ergo divina praescientia est causa praesciti.
Contra: deus nullius est causa nisi per
voluntatem, sed multa praescit ad quae
non est eius voluntas, ergo etc. Praeterea
mentiri praescit te mentiri, et tamen non
est dicendum quod velit te mentiri, ergo
non est causa illius. Item si praescientia
est causa aut ratione scientiae aut ratione
antecessionis; ratione eius quod est prae non
quia non dicit nisi ordinem; ratione
scientiae non quia multa cognoscit deus
quae numquam faciet, ergo nullo modo est
causa. Item si praescientia causa est praesciti, cum
praesciat mala deus, esset causa ma-
li; hoc autem falsum. Item si est causa
tunc importat aliquam praescientiam rei cir-
ca, per convenientiam importat causalitatem
respectu illius, sed hoc est impossibile. Ergo etc.
Item Anselmus de concordia praescientiae et li-
beri arbitrii dicit quod tamen est dicendum, si deus prae-
scit erit quidquid hoc; si erit de ne-
cessitate erit, sed hic nulla notatur cau-
salitas, ergo nec ibi. Respondeo dicendum quod prae-
scientia dicit praecognitionem futuri. Est igitur
loqui de praescientia aut quantum ad
rationem significandi aut pro re significata per
nomen. Si quidem ad rationem nominis
sic non significat in ratione causae, significat
enim ad rem importationem. Sic dicit
cum pro tamen semper ratione praesciti sine

futuri. Futurum enim in triplici differentia est.
Quoddam enim est cuius deus est tota
causa, ut sunt illa quae causantur.
Quoddam cuius creatura ut voluntas est
tota causa ut sunt defectus et peccata. Quoddam
cuius deus et creatura simul sunt causa,
ut sunt opera naturalia et opera moralia,
quae deus cooperatur creaturae. Secundum hoc in-
telligendum quod respectu primi futuri di-
vina praescientia est causa et tota causa, respectu
vero secundi futuri nec est causa nec tota,
quia non habet causam efficientem sed
deficientem; est tamen causa sui oppositi;
respectu vero tertii est causa, sed non tota. Te-
nendum ergo est quod divina scientia vel prae-
scientia aliquo modo respectu futuri est cau-
sa, tamen si accipiatur in sua generalitate. Ad primum
quod divina praescientia semper importat causali-
tatem aliquam, sed non semper ratione
praesciti, ut patet cum praescitum est ma-
lum, et hae rationes procedunt argu-
endo quod non sit causa. Ad illud ergo
quod primo obicitur quod est causa praesciti per rationem
causae, dicendum quod Anselmus loquitur de scien-
tia sive bonorum quae a deo procedunt.
Ad illud quod obicitur quod causa est quae prae-
cedit et ponit, ad dicendum quod ponere aliud
est dupliciter: secundum praedicationem vel secundum
consecutionem. Et quod ponit secundum praedicationem
est causa vel in causando; quod vero ponit
secundum consecutionem non est causa in causando,
sed solum in consequendo. Ad quod obicitur
quod illud quod est a libero arbitrio est a deo, dicendum
quod verum est de eo quod est a libero arbitrio effi-
ciente, sed vitia et peccata sunt ab ipso
deficiente. Ad id quod obicitur quod de
veritate omne futurum scitur a deo per
causam, dicendum quod sicut supra tactum
fuit de cognitione mali, in omni
cognitione est assimilatio, nihil autem
assimilatur deo nisi quod est ab illo.

et ideo est in omni cognitione dei cau-
salitas. et omnis cognitio que est respectu eius
quod dicit entitatem simpliciter respectu
illius est causa et idea. Sed omnis re-
praesentationis est per cognitionem. hinc causa-
litatis et idee est respectu opposi-
torum ergo quod adhuc quod ad cognitionem ne-
cesse est quod ipsum vel eius oppositum
habeat esse in re vel in causa. non
solum autem oppositum mali sed etiam
ipsa ratio que est mali privatio est in
deo ut causa. Malum non est in deo
ut in causa nec per se nec per accidens
quia nunquam ratio causandi sicut per a[illegible]
dicitur. [illegible] manifestum est si
artifex operetur super materiam indebitam
que non esset idonea ad recipiendam
speciem praesciret quod defectus futurus est
in imagine sed non ab ipso. sic in-
telligendum in deo et li. [illegible] quod facit
[illegible] in opere [illegible] non conformat se
et obedit deo operanti. et ideo sufficit
quod oppositum mali sive id a quo
est malum sit in deo tamquam in causa
ad hoc quod praesciatur.

Secundo queritur utrum prescientia
divina sit causata a rebus. et quod
sic arguitur hoc modo. Origenes super
epistolam ad Romanos dicit quod quod est futurum
ideo scitur a deo antequam fiat. ergo
aut dicit causam consequentis aut consequentie.
si consequentie sic sapit. hoc est futurum
ergo praescitum ita quod sic dicit quod fu-
turum est ideo praescitur. tunc debet di-
cere quod quia scitur ideo futurum et hoc
negat in littera. nec potest aliquid esse
quod scit deus ergo dicit causam consequentis.
Item ratione videtur quod intellectus qui de re
nihil praesciat sed intelligi aliquid
futurum sed non est. ergo hoc est ratio
et causa illius. Et hoc argumentum est bonum
iste mentitur ergo deus praescivit istum

mentiri. ergo est ibi aliqua habitudo
localis et illa sit mentiri nisi
ad effectum. Sed deus non est causa mentien-
di. restat ergo quod futurum est causa praescientie.
Item quecumque duo sic se habent quod in-
vicem se consequuntur aut ambo cau-
santur a tertio aut unum est causa alterius.
sed sic se habent ista duo: iste menti-
tur et deum praescire. et non est dicere
quod ambo causentur a tertio. ergo unum est
causa alterius. Contra [illegible] non enim cau-
sati sunt [illegible] deus [illegible] quod praescita
sunt. Item ratione videtur quod non sit causata
a rebus quia omnis causa nobilior est
suo effectu. si ergo divina praescientia sit [illegible]
[illegible] et res [illegible] ergo [illegible] nobilius
[illegible]. Item divina praescientia est eterna ergo si
res sit temporalis [illegible] a rebus temporale
est causa eterni et causa prior effectu
ergo temporale prius eterno. Item si res sunt
causa praescientie aut ratione temporalis si-
gnificati aut ratione [illegible] si ra-
tione [illegible] omne illud sit di-
vina [illegible] ergo sunt res causa
dei [illegible] ratione [illegible] quem eter-
na sunt res ipse tunc sunt causa
sui. Respondeo aliqui voluerunt dicere quod
causa est duplex [illegible] et [illegible]
quod dat aliud esse. et nullo modo res
sunt causa praescientie divine. alio modo dicitur
[illegible] illud sine quo res non
est et dicitur causa sine qua non
et hoc modo quod praescientia dei non est
nisi res sint future. ideo hoc modo
dicuntur causa. Sed quia hoc nomen causa
importat habitudinem respectu cuius
dicitur causa et quidam super positionem ideo
non videtur illud [illegible] omnino [illegible]
dicere quod sit causa sine qua non et praeter
illud non solvit argumentum auctoritatis Origenis
quod ipsa negat [illegible] et propterea

alit deum qui est causam temporis
secundum tripliciter modum scilicet secundum rationem
essendi et secundum rationem intelligendi
et secundum rationem dicendi. Dico ergo
quod secundum rationem essendi scientia potest
esse causa aliquorum scitorum licet non
omnium, sed nullo modo causatur secundum rationem
intelligendi sicut multis videtur, quia tunc
non antecedunt et consequuntur et an-
tecedens est causa consequentis secundum rationem
dicendi futurum est causa scientie, et
non econverso. Unde scientia dicitur scientia ante-
rem. Consequitur ergo quod implicat contradictionem
ad positionem, et quia si totum esset
semper prius esset scientia, sed non scientia
absolute quia scientia dicitur sicut positum consequentia
rationem, et sic intelligit Augustinus et
patet primum. Ad id quod obicitur secundo
de similitudine locali dicendum quod est locus
a terminabili. Ad id quod ultimo obicitur
dicendum quod licet in scientiam in predicando, et
quia in solo est contingentia, ideo semper
est ratio aut sermo est quod deus scientia
est respectu in rei omnis in rebus
ponit et ponitur, et quod potest esse ratio
veri quod non est ab ipso secundum id quod
subest necessitate, ideo nec causa est
sed nec effectum, ergo scientia est ratio
veri quia divina respicit omne verum
quia nichil latet deum et ideo po-
nit et ponitur. Rursus quia scientia est que
dicit simpliciter notitiam, ideo non
causatur quia divina, ideo non causat quia
deus ponit et ponitur et non causatur nec
causatur.

Consequenter est questio de secundo articulo.
Utrum divina scientia conveniat
ad rationem necessitatis et circa hoc que-
runtur duo. Primo quidem utrum
divina scientia ponat necessitatem circa
scita. Secundo utrum divina scientia habeat

in se necessitatem, et quod divina pre-
scientia ponat necessitatem ostenditur sic
Anselmus in libro de concordia prescientie et
libero arbitrio: que prescivit deus necesse
est futura esse. Item ratione sic, quod ma-
ior de necesse et minor de inesse
semper concluditur de necesse, sic dicit
philosophus in primo priorum, fiat ergo talis
syllogismus: omne prescitum necesse est
futurum, hoc patet per Anselmum, sed hoc
est prescitum quolibet demonstrato, ergo
necesse est esse futurum. Item omne quod deus
prescit est verum, sed ut dicit philosophus
in primo perihermeneias omne quod est cum
est, necesse est esse, ergo si prescitum
est ut verum necesse est, nunc esse
verum et futurum est prescitum, ergo non
necessarium est futurum esse, ergo de necessitate
eveniet. Item hoc idem ostenditur per
impossibile. Deus prescit Antichristum esse, assu-
matur quod verum illud non pos-
sit non esse, si non, ergo est necessarium, si
sic, ergo potest aliter evenire quam deus
prescit, ergo divina scientia est fallibilis
et incerta, et hoc est argumentum Augustini
et etiam Boecii v de consolatione.
Si aliquid quia prescita sunt de
tempore valent res presciri, tamen non
est firma futuri prescientia. Item deus
prescit aliquid esse futurum, aut ergo possibile
est non esse futurum aut impossibile. Si
impossibile non esse, ergo necesse est esse. Si
autem possibile, sed omne possibile est ponibile
esse, quo possibile posito in esse quod sequitur
non est impossibile, ponatur ergo hoc non
esse et deus prescivit hoc esse, ergo deus
prescivit falsum, sed hoc est impossibile, ergo
impossibile est aliquid precedens. Contra
quod non inferat necessitatem obicitur
auctoritate Augustini sumpta a scientia

in li. de li. ar. sic mea memoria
non cogit facta esse que preterierunt
sic prescientia dei non cogit facienda
esse que futura sunt. Item contra
obicitur. Item intelligendum quod cum
nichil prescire ergo quod hoc non auferat
li. ar. quia prescientia nichil ei au-
fert. ergo cum li. ar. de se sit causa
rerum ad variabilia et contingentium divina
prescientia hoc non tollit. Et sic supra
declaratum est divina prescientia in pluribus
aut non est causa aut non est tota
causa. sed quod dicit contra necessitatem
sit contra esse, quod a quo est esse et
esse necessarium. cum igitur divina prescientia ne-
cessario supponit non sit causa sed ma-
lorum nullam rebus imponit ne-
cessitatem. Et divina prescientia prescit res
sicut sunt eventure cum nichil
presciat nisi verum. ergo cum presciat ali-
quem peccaturum cum peccatum non sit
nisi per voluntatem prescit istum per voluntatem
hoc facere et prescit aliud posse facere.
ergo si totum quod prescit est verum, verum
est quod iste per voluntatem hoc faceret
et posset aliud facere, et si hoc est con-
tingens. ergo si divina prescientia est con-
tingentia est circa res non ergo ne-
cessitas. Item hoc ipsum ostenditur ra-
tionibus ducentibus ad impossibile si im-
ponit prescientia rebus necessitatem perit
ergo casus et fortuna. similiter impossibile
est quod perit li. ar. et consilium. similiter
quod perit meritum et demeritum. similiter
quod perit laus et vituperium. Preterea dicit
quod res circa hoc fuerunt ponere istorum
cum dixerunt quod prescientia necessario cum
sit infallibilis imponit necessitatem,
et ideo abstulerunt li. ar. et peccatum et
ista duo sunt heretica et iniqua quia de-
struunt bonos mores. alia duo sunt
quod divina prescientia si esset necessitatem impo-
neret et omnis honor et laus periret.

et quod tollerunt rem publicam. ideo
abstulerunt a deo prescientiam et a pro-
phetis de futuris absolvunt veri-
tatem et hec heretica sunt et impia
quia derogant nobilitati divine. tercia
duo est catholica que deum honorat
et bonos mores conservat et ideo iu-
sta et pia et vera. quod divina prescientia
est et tamen non imponit rebus ne-
cessitatem. divina enim sic cognoscit
res eventuras sicut eventura sunt et
ideo cum multa sunt eventura con-
tingenter ut illa que sunt a li. ar.
et casu et fortuna, sic prescit hec esse
futura ab istis sic prescit modo con-
tingentie. sicut que sunt ab illis
ad intelligentiam autem obiectorum no-
tandum quod duplex est necessitas scilicet abso-
luta et respectiva. necessitas absoluta
que opponitur contingentie dicitur
necessitas conditionis. necessitas respectiva
dicitur necessitas consequentie et hec non opponitur
contingenti. nam aliquod contingens
necessario sequitur ut si ambulet necessario
sequitur quod movetur. dato ergo quod in pre-
scito non est necessitas absoluta, sed so-
lum consequentie quod necessario sequitur deus
prescit hec ergo hoc erit et hoc modo
intelligitur auctoritas anselmi et con-
similes auctoritates que proponuntur non
necessario etc. patet primum. Ad aliud
quod 2o obicitur de silogismo quod maior
de necesse et minor de inesse. dato quod
sic patet et philosophus exponit hoc intelligi
de ea propositione que est de inesse simpliciter
quod ad illud necessario. sed inter hec silo-
gismi scilicet hoc est prescitum non est de
inesse simpliciter sicut enim infra pa-
tebit non est vera. Ad id quod obicitur
de prescito quod verum est et si verum est
necessario est modo. dato quod istam con-
sequentiam phylosophus ad evidentiam quod in futuris
non est veritas et est separatio

Nam quod dicitur de eo quod est quando est
necessario est, intelligitur de eo quod
ponit aliquid in actu tale suppositum
quod ex quo positum est impossibile
est non esse positum, sed verum de futuro
nichil ponit tale subiectum quia non est
verum pro presenti sed solum pro futuro,
et ideo nulla est necessitas, neque sim-
pliciter neque ut nunc, quia nichil po-
nit ut nunc. Ad id quod obicitur quod
impossibile quia si posset aliter esse posset
falli etc., dicendum quod falsitas venit ex
discordia intellectus ad rem, si-
militer potentia fallendi ex potentia discor-
dandi. Dico igitur quod quia necessario scien-
tia sequitur ad scitum, ideo non
potest discordare, et ideo nunquam
fallitur nec potest falli. Quod ergo
obicitur utrum aliter possit esse, dicendum quod
potest aliter esse quam deus potest aliter scivis-
se etc. ponitur quod aliter sit, ponitur quod aliter
sciat. Hoc ergo infertur potest aliter
esse quam scit et deus scivit, ergo
potest aliter quam deus scit, distin-
guenda est questio, quia potest intelligi
divisa et vera, et est sensus: deus
scit hoc eventurum et possibile est illud
non evenire. Si autem coniunctim fa-
cit est sensus illud est possibile quod deus
sciat evenire illud et eveniat aliud,
et est fallacia compositionis in illo pro-
cessu, sicut hic: deus potest non mo-
veri, ergo possibile est quod aliquis curat
et non movetur, non sequitur, sicut
enim quilibet est potest ponere, ponendum
est, sed ad assumit deus scivit,
hoc est opponi ponenti, et ideo est
negandum.

Secundo queritur utrum divina
scientia habeat in se necessitatem,
hoc est utrum necesse sit deum scire
que scit. Et quod sic obicitur primo per

auctoritatem Anselmi primo in libro
de concordia predestinationis et libero ar-
bitrio: quod scit deus impossibile est non pre-
scire, ergo ab equipollenti necesse est pre-
scire. Item secundo videtur quod omne dictum
de preterito verum est necessarium. Unde si con-
tinuit necesse est contigisse, sed si scivit
scivit, ergo cum hoc sit dictum de
preterito ergo necessarium. Item licet possibile
sit indifferens ad contingendum vel non
contingendum, tamen ex quo contingit in ac-
tum necesse est contigisse. Unde communiter po-
nitur exemplum quod anima creatur, tamen ex quo
creatur necesse est creasse, ergo ex quo
scivit necesse est scivisse. Item si homo
vult et scit aliquid, necesse est
hominem scivisse et voluisse, ergo si
tanta sciam homines multo fortius est
necesse. Si tu dicas sicut aliqui dicunt
quod in hac deus scivit totum quod
futurum est semper verum, communis intelli-
gatur sub ratione preteriti, unde nichil
plus est dicere deus scivit quam deus
scit et hoc concedit, sed contra hoc est
quod deus nullam habet cognitionem
dum tamen res esset futura, licet enim
vel deus scivit non manifeste sumitur,
probatur est quod scire addit actum tunc
in preteritum, ut permissio vel predicatio
vel predestinatio, ubi transit in preteritum a-
liquid et vere fit ibi sophisma et est
dubium, ergo hoc non solvit. Item plus
distat esse et non esse quam necessarium et
contingens, sed aliquid quod simpliciter
non est fit verum in dei scientia, ergo
multo fortius aliquid quod in se contingens
est potest esse necessarium in scientia dei, ergo scire
Item omne immutabile est necessarium, sed omne
dictum deus scivit est immutabile, ergo est
necessarium. Prima est manifesta. Secunda patet
quia omne dictum deus scivit si muta-
retur fieret non sciens aut scivit ...

taciouem rei aut dei. Si enim non
quia res ad hoc inclinata est, ergo non im-
mutatur, nec mutari potest cum sit immuta-
bilis, ergo deus mutatur. Tertio omne
eternum est necessarium, quia verum solum est eternum
et id est in quo non cadit contingen-
cia secundum primam naturam. Sed scire dei
est eternum, ergo necessarium est deum scire
quod scit. Secunda ratio est: si antece-
dens bone consequentie est necessarium
et consequens, et si consequens necessarium non
est nec antecedens, sed sequitur: si
deus scit hoc esse futurum, hoc
esse, cum sit contingenti denota-
te (?), quia oppositum non potest stare, ergo si
consequens non sit necessarium, ergo nec antecedens.
Tertia regula est quod necessarium compatitur se-
cum omne possibile. Omne enim repugnans
necessario est impossibile. Sed demonstro a-
nimam que prescitus est dampnari, possibile
est ipsam salvari, ergo isti duo possunt
simul stare, quod sit prescitus dampnari
et salvetur, et hoc est impossibile. Quarta
regula est quod oppositum contingentis est
contingens, et oppositum necessarii est impossibile
et secunda item est quod si ad antecedens sequitur
consequens, ad oppositum consequentis sequitur oppositum
antecedentis. Tunc arguo sic: sit a con-
tingens prescitum a deo; si deus scit a
erit, ergo per secundam si a non erit, deus
non prescit; sed a non esse sunt con-
tingens, deum non prescisse sunt impossibile,
ergo ad contingens sequitur impossibile. Sed
hoc est contra artem, nam constat quod est
esse ~~contingens~~ contingens deum scire
hoc. Item omnis divina actio que
respicit obiectum quod potest non esse potest de-
sinere. Sed tamen deus consuevit rem
creatam, potest desinere cognoscere, ergo
cum scire sit respectus contingentis
ad contingens. Respondeo dicendum quod sicut

necessario probatum est illud constat
et non est dubium quod deum scire
contingens aliquod cum antecedat
ad contingens et conotat ad quod est
veritatem contingentem aliquod ipsum
indicatum est contingens, sed aliqui
voluerunt ipsum indicare contingens, quia
dictum erat de futuro, et illud impro-
babile est, quia planum est et quasi intelligi-
bile. Omnis enim intellectus qui in-
telligit hoc sicut non intelligit ipsa
illa deum, intelligit quod actus divine
predestinacionis ab eterno sunt in deo
et ille differt a re futura, et prima (?)
sic dictum est. Hoc non solvit. Alii
voluerunt indicare contingens quia
cum sit dictum de preterito pendet tamen
ex futuro, et hoc dicunt in actibus
et affectibus et dictis a Christo et sanctis (?)
suis que fecerunt de malitia (?) propositum (?)
de futuro, et illud est improbabile ut
videtur quia si actus divine predesti-
nacionis pendet ex futuro, tunc cum in
futuro quod est ex parte rei contingen-
tis nulla sit certitudo, nec in di-
vina predestinacione esset, propterea quod depen-
det enim ab eo non causatur aliquo modo.
Et item quidquid pendet illud quod necessarium
est fuisse ut actum cognoscendi et ac-
cendendi et potencia ab eo quod futurum
est non videtur probabile nec intelligibile.
Et ideo alio dicendum quod quoddam est
dictum de preterito et de presente sic si dicatur
Petrum legisse quoddam de preterito et
de presenti tamen dependet ex futuro ut
hoc dictum Petrum non dixisse navale
bellum fore. Ad quod enim quod dictum ha-
beat veritatem oportet eveniat bellum
et ab illo dependet veritas nostre
assertionis et cognicionis que tantum
a re quoddam est dictum de preterito

quod non dependet sed connotat. sic
si dicatur deus praescit hoc futurum, quia
cum dei scientia est solum respectu veri,
ideo connotat veritatem. ita illud
dictum futurorum. sed quia divina cognitio
ipsa habet certitudinem a re, quia ab ipsa
nec oritur nec oritur ideo ab illo
non dependet et propterea falli non potest.
principalis connotat futurum. unde in praescientia
divina dicuntur scilicet actus divine cognitionis
et scire necessarium esse vel sine fuisse et
ordinacio futuri ad illud actum. et
hec ordinacio non est necessaria et immutabi-
lis est contingencia in tali dicto
non ratione causalitatis sive principalis
significati sed connotati. et si ponatur
deum non praescire aliquid quod praescit potest
et debet intelligi non per remocionem
principalis significati, sed ipsius conno-
tati sive illius ordinis ipsius princ-
ipalis ad eventum quod quidem est contin-
gens ratione alterius scilicet specialis contin-
gencie. Similiter est in tali dicto quod
connotat aliquid verum esse de futuro,
quod quidem est contingens. et hoc patet
sic. omnium enim dicunt deus praescit te sal-
vandum. hic duplex includitur
actus et compositio videlicet hec tu sal-
vaberis et hec deus habet cognitionem
de salute tua et habet cognitionem ab
eterno. habet enim cognitionem est actus
eternus et necessarius quia non dependet
a re sed salvari est actus futurus et con-
tingens. quia igitur actus divine cognitionis
non dependet a cognito, ideo potest esse
certus in ipso re contingente et exi-
stente. sed quia ut significatur per modum
praescire connotat futurum contingens et
omne dictum quod includit in se contingens
est indicativum contingens, ideo totale
contingens indicatur. et hec solucio
est vera et generalis. Nam actus cre-
dulitatis, actus … et divine
assercionis propter hoc quod dicunt simul il-
lustracionem divine praescientie, ideo connotat
et non dependent. ideo dicti et infallibi-
les sunt de rebus in se incertis.
Ad illud quod obicitur de angelo
quod necesse est praescire quod praescit. dicendum
quod hec intelligit commitum ad actum
praecognicionis quod necesse est fuisse, sed
non quantum ad connotatum futuricionis.
Ad illud quod obicitur quod deum est de preterito,
dicendum est quod commitum est de re preteri-
tonis necessarium est. sed quia connotabitur
futurum, ideo est contingens. et hoc patet
sapienti, quia quantum ad illud futurum
non est adhuc positum in actu …
adhuc potest contingere et ideo etc. Ad illud
quod obicitur quod est cognicio sine existen-
cia rei, ergo necessitas sine rei ne-
cessitate, dicendum quod verum est quod in ac-
tu cognicionis est necessitas, sed non in
toto. nec est simile quia praecognitio non
connotat actualem rei existenciam sed
connotat rei futuricionem. et ad hoc quod
dictum sit necessarium necesse est quod sit necessitas
in connotato. Ad illud quod obicitur
quod omne verum immutabile necessarium. dicendum
quod ad hoc immutabilis duo concurrunt
quod se habeat uno modo prius et alio modo
posterius. et per oppositum immutabile potest
dici. Implicat autem quod nunc actu, quia
actum est et prius potest aliter se habere.
illud ergo immutabile quod est et non
potest aliter se habere. illud ergo committitur
tamen … sed illud quod dicitur immu-
tabile quod non est aliquid actu non conti-
netur. etc. est verum contingens de
futuro … sit hoc dictum

antecedens scire est modo verum immu-
tabile ergo si mutabile ponatur esse ve-
rum potest quod semper fuerit et erit fal-
sum et hoc quod nichil actu ponit
quia igitur deum prescisse consequens futurum
contingens ideo est verum immutabile
licet ex hoc sequatur quod sit necessarium vel
visum est. tamen aliqui volunt dicere
aliter quod deum prescire hoc futurum
contingens est mutabile a parte prescien-
tis sed a parte rei prescite est immu-
tabile et ideo ex parte illa contingens.
sed tamen illud difficile est dicere quod
cum prescitur semel semper prescitum
sunt et deus est non prescire futurum
contingens ita quod nil fiat quam fu-
turum et ita nulla mutacio et per
hoc modum aliquis dicendi est racio
nobilior. ad id quod ultimo obicitur
quod nichil entis eternum est contingens
dicendum quod entis eternum est duplex aut
pure eternum aut quod connotat tempora-
le de futuro et pure eternum est ne-
cessarium sed connotans temporale de fu-
turo racione connotati potest nominari
contingens sicut et racione illius potest
desinere. Summa dictorum est ista quod
deum prescire futurum contingens est
quoddam verum quod claudit in se actum
divine cognicionis eternum et ordinacionem eius
ad futurum contingens et quamvis actus
divine cognicionis ponat aliquid
existens necessarium et eternum illa tamen
ordinacio ponit futurum quod contingens
est et utrumque dicit ordinacionem
non tamen dicit dependenciam sed so-
lum connotacionem et ideo non ponit
mutabilitatem vel non privat certitu-
dinem et hinc est quod deum prescire
futurum est contingens racione conno-
tacionis ad contingens est mutabile
racione ordinacionis ad futurum quod

potest non esse nulla facta mutacione
est tamen racione independencie ab
eodem et hoc patebit infra me-
lius in distinctione de predestinacione
In parte ista sunt dubitaciones
circa literam et primo de hoc quod
dicit Augustinus Nec aliter sciunt
creata quam nouerunt. videtur enim
male dicere quia res si vere cognoscantur
cognoscuntur sicut est sed aliter sunt
cum sunt creanda quam cum sunt
creata. primo enim res sunt in eo
et sunt quedam propria in proprio genere et sim-
pliciter ergo aliter deus non vere co-
gnoscit aut aliter cognoscit. Item
angelus cognoscit res in verbo cogno-
scit eciam eas in proprio genere et alius mo-
dus cognicionis est iste ab illo ergo vel
non possit latere deum quod novit
angelus videtur quod deus utroque modo
cognoscit et ita aliter et aliter. Respondeo
dicendum quod cum dicit rem aliter cogno-
sci duplex potest intelligi aut ita quod
adverbium dicat alietatem condicionum
ad cognicionem aut condicionum ad esse rei
cognite. si condicionum ad esse rei cognite
sic est verum et est sensus deus co-
gnoscit rem illam aliter esse vel
se habere quam prius habuit et sic non
intelligit Augustinus. Si autem dicat
alietatem condicionum ad cognicionem sic
est falsa et est sensus deus aliter cogno-
scit rem factam quam prius facien-
dam cognovit et ita est falsum quia
sic sequitur divina cognicio alterari
et quod aliquid acciperet a re extra
et per hoc patet obiectum primum quod obicitur
quod deus cognoscit res in proprio genere
sicut angelus. dicendum quod cognoscere res in
proprio genere dupliciter intelligitur aut ita
quod esse illud quod habet in proprio

gnie cognoscatur et hoc perfectionis est et non latet deum etc. non dicit no-
vum modum cognoscendi a cognitione
in deo. cum ista quod aspectus intelli-
gencie sub vi cognoscitiva deflec-
titur supra rem ut est in genere
gratie et hoc est imperfectionis quia tunc
cognoscens cognoscit rem ut est sic et hoc non
est poni in deo. et ista facit in an-
gelo aliud modum cognoscendi et sic
patet illud/ Et quitur de hoc quod
dicit. tunc eius quod eternum est aliqua
existit sub re. vult enim dicere quod pre-
scientia dicitur quod eternum. sed hoc videtur
falsum. quia presciencia dicit respectum ad ac-
cionem futuram. sed nichil est futurum
secundum rem quod habet in deo sed in
genere gratie. quia connotat aliquid rea-
le. quia videtur quod cognoscat ex pre-
sencia respectus ille nichil ponit a parte
dei nisi solum modum intelligendi
nostrum. quia tunc recipit ille respectus
ipsum recipit ut intellectus non quia fuit
ab eterno. cum eius non incipit ni-
si per antecessionem et scientiam. et an-
tecessio omnis creature fuit ante omnem
creacionem. et scientia non valet. patet quod pre-
sciencia quidem eternum dicit. Quod ergo o-
bicitur quod incipit rei futuritatem. dico
quod futuricio non incipit suc-
cessionem temporis ita non est de racione
prescientie. hoc enim non futurum recipit sub
tempore alio modo futurum recipit cum tempore
alio modo futurum implicat ordinem
realis ad eternum secundum [struck] cognoscibilitatem ne-
cessitatem sic presciencia antecessionem et quia
iste ordo solum exigit terminum exten-
sum in actu et illud fuit ab eterno
ideo futuricio et presciencia. Quod obicitur
quod ille a parte dei nichil dicit
secundum rem. dicendum quod falsum est quia

respectus ille est genus essencie. sed
verum est quod nichil dicit respectum
sine dependencia nisi solum secundum mo-
dum intelligendi et ideo non recipit
secundum rem. sed solum modum significan-
di recipit. et secundum modum dicit quod pre-
sciencia dicit eternum non loquitur de ea
racione nominandi sed de deo quod significatur
per nomen/ Et quitur de hoc quod dicit
scientiam vel presciencia non esse cum se-
ipsi scientiam ad notandum tamen referamus.
sed non nomine scientie includitur du-
plicatio atque dispositio rerum preter di-
ci. quod cum male quia aut scientia hec non
et illo dicta dicit eundem modum
sciendi aut aliud. si eundem ergo si
uno modo est causa et alio. Si ali-
um modum ergo in deo est multiplex
modus sciendi. non ergo uni formis
per omnia/ Et scientia simplicis notitie
est deus et deus est causa omnium. ergo
scientia illa est causa omnium. Respondeo dicendum quod
in nobis notitia simplex et notitia
simplicitatis dicunt diversas cogniciones
et diversos modos cognoscendi et pro-
cedentes connotant diversa. In deo
autem una tamen cognicio est. sed illa una
facit deus quod nos multis. et ideo illa
una fit duplex scientia. et cum significatur
per modum approbationis connotat effectum
et bonitatem. quod vero per modum sim-
plicis notitie solum eventum et ipsum e-
tiam aliquando connotat effectum sine
respectu operis causa fuit scientia sine
scientia a parte principalis significati ideo
dicitur quod hec est causa illorum que fi-
unt et illa non. et hoc dicitur non quod pre-
cedens significata non sit ea. sed quia ut
sic significata est non significatur per modum
esse operis comparata ad ea que ulterius
a deo. etc. patet illud. Et quitur
de hoc dicto aug. deus per verba
scripture scibilitatem intellectum et na-

~~tum dictum prophete fuit verum~~ ...
...nudmaliter videtur quod deus revela-
verit iudicio suum consilium sive dampna-
cionem que est contra ipsum sive contra
Ad secundum qui dicit quod nulli debet
revelari ne cogatur desperare. Respondeo
dicendum quod casus potest poni, sed non potest
hoc revelatur sive quod dicendum si
reddit sive quod dictum de condicione
intelligitur sive intelligens intelligit
de alio non de seipso. et quod debuimus
usque prophetie comminatorie et generaliter
erat dictum, et hominibus tamen de parte in-
dividualis non advertentibus. Dicimus
hunc modum potuit intelligi ut
esset prophecia non revelacio

D. xxxix

Ceterea solet que-
ri utrum scientia dei possit au-
geri vel minui. Circa quam
magister de scientie divine certitudine hic
agit de perfectione, et quia vere per-
fecta est cui non est possibilis addi-
cio. Ideo magister querit utrum divina
scientia possit augeri vel minui et hec
habet tres partes. In prima magister o-
stendit et determinat quod divina essencia
non recipit augmentum vel diminu-
cionem nec alteracionem sed una simul
et uno aspectu cognoscit. In secunda oppo-
nit contra hoc quod divina scientia non potest
augeri per hoc quod videtur aliquid pos-
sessionis esse et determinat. et hoc
facit secundo capitulo ibi Hic opponitur
a quibusdam ita. In tercia obicit aucto-
re contra hec quod deum esse divinam
scientiam esse respectu omnium, et hoc ibi Ci-
ante quod scriptum est et quod deus sit
et quilibet habet tamen ... potest sub-
dividi quod primo in eis opponit et
secundo solvit. Similiter in secunda ponit dupli-
cem responsionem et in tercia parte responsionem
subiungit epilogacionem. Circa primo

~~de intelligencia patris ...~~
queritur de perfectione divine co-
gnicionis. et circa hoc duo principaliter
queruntur. Primo queritur de perfectione
divine cognicionis quantum ad illum co-
gnoscibilem. Secundo queritur de ipsa quan-
tum ad modum cognoscendi. Circa primum
ad primum queruntur tria. Primo queritur
utrum deus cognoscit alia a se. Secundo
utrum cognoscat omnia alia a se. Tercio
utrum deus possit scire vel plura scire
plura quam scit. Circa primum quod deus
cognoscat alia a se. ostenditur auctoritate
et racione. auctoritate sic psalmista qui plan-
tavit aurem non audiet aut qui
... hoc est impossibile
quod sit aliud ... cognoscendi et ipse
non cognoscat. Item ex ... duo ...
aliquam tenentur omnia sunt agni-
ta, sic et divina perfectio respicit omnia.
ergo si non cognoscat se sed alia non tamen cogno-
scit se sed aliud. Item hoc probatur
racione causa sic. omne producens
secundum suum ordinem et libertatem produ-
cit ea cognoscens. si enim producit
ordinate necesse est quod suum sapiam
precisa ~~non alienam~~ si et in liber-
tatem necesse est quod suam sapiam propriam
non alienam. ergo in ipso est omnis cogna-
cio in entibus est status. ergo pari ra-
cione et in cognicionibus sed primum ens in
quo est status et principium a quo est
omnis entitas. et sine quo nichil
est nec aliquid est nisi ab eo. ergo cum
racione in primo cognoscente si status est
necesse est quod ab ipso sit omnis cognicio
et quod per ipsum omnia cognoscantur et sine
ipso nichil. Contra ergo ... vim ...
... magis paz ... hec ...
dicitur per impossibile quod si cognoscit aliud
a se aut ergo quia non potest aut quia non
vult. non quia non vult quia in ...

voluntas non precedit cognicionem
ergo et prius. Sed omne cognoscens quod non
potest cognoscere aliquid quod est cognoscibile
habet cognicionem deficientem et arctatam quod
impossibile est esse in deo ergo etc. Item nichil
potest deus nisi quod novit aliquo modo ali-
quid possit ignorans quod absurdum est
ergo si non novit aliquid aliud a se
non potest aliquid aliud a se nec in se
potest quod non sit super se ergo nichil
in toto mundo potest ergo deus est im-
potentissimus quod est absurdissimum di-
cere. Sed quia hoc opponitur per com-
mentatorem in xii intelligibile est perfectio
intellectus ergo si deus intelligit aliquid
a se intellectus eius perficitur ab ali-
quo. Et si hoc, tunc sequuntur duo incon-
veniencia. Primum quod eius cognicio
vilescit cum perficiatur a re minus
nobili quam sit deus. Sed quod eius
cognicio vel ipse deus transmutetur
omne est quod ab aliquo perficitur habet po-
tentiam passivam que est principium transmu-
tandi. Et tercium inconveniens est quod
deus non sit sua actio cum actio sit
a perficiente et deus ab alio perficiatur ergo etc.
Item si deus cognoscit aliud a se cum
omne quod cognoscit deus sit idem
quod deus necesse est quod illud quod cogno-
scit sit extra deum. Ergo si cognoscit aliud,
cognoscit aliquid extra se. Et ex hoc
similiter oritur triplex inconveniens,
scilicet quod cognicio eius sit indigens
exteriori, sit ex transmutabilibus, et quod
sit aliud quam ipse. Que omnia sunt
inconveniencia. Item obicitur aliud ex
racione cognoscendi. Quia racio cog-
noscendi est ipsa veritas. Sed veritas
rei est quod rei entitas ut dicit
Anselmus. Ergo nichil cognoscitur a deo nisi
eius. Sed deus nichil cognoscit nisi
ab eterno ergo nichil cognoscitur ab ipso
nisi eius quod est ab eterno. Sed tale est
unum solum scilicet ipse deus. Ergo etc. Item
racio cognoscendi est assimilacio cogno-
scentis ad cognoscibile. Ergo ubi est summa cogni-
cio ibi summa assimilacio. Sed dei cognicio est
summa et perfectissima. Ergo debet attendi
secundum summam assimilacionem. Sed nichil sum-
me assimilatur deo nisi ipse. Ergo solum
se ipsum cognoscit. Item videtur quod nulla neces-
sitas sit ponere deum cognoscere alia a
se, quia sicut potencia se habet ad perfi-
ciendum, ita intelligencia ad cognitionem
secundum dei potenciam. Et si nichil perficeret non
est minus potens ergo si intelligencia
dei nichil aliud a se cognosceret non minus
est summe intelligens. Item bonitas
creature operata ad bonitatem creatoris
est sicut punctus ad lineam, ergo similiter
veritas ad veritatem. Sed si intelligatur
punctus amoveri a linea non est li-
nea minor nec imperfectior, ergo si deus
veritatem suam cognoscit sine ve-
ritate creature, nichilominus sua cognicio
perfecta est. Respondeo dicendum quod plurimum et racionem
est dicere quod deus aliud a se cogno-
scit. Primum quia et omnis secta aliud
hoc dicit quod non latet deum quod co-
gnoscit sua opera. Nam quia non potest
opus latere sapientissimum opificem et
ideo oppositum dicere est impium et impossibile
et precipue ad intelligenciam obiectorum no-
tandum quod cognoscere aliud est duplex. Aut
per aliud a se cognoscere aut per se. Cum
cognoscens cognoscit aliud et per aliud tunc
verum est quod perfectionem habet aliunde et
tunc eius intellectus est imperfectus et re-
cipit aliunde perfectionem et ideo additionem
et transmutacionem et hoc omne impossibile
est circa deum. Est iterum aliud co-

cognoscat per se et tunc cognoscens est
activus respectu cognoscibilis et tunc non
recipit perfectionem a cognoscibili sed magis
econverso et hoc modo cognoscit deus cognoscibile
aliud a se per se ipsum et sic non procedit per
rationem sed per primam viam et hoc
intellexit philosophus si vero diceret
Ad illud quod obicitur secundo quod si deus
cognosceret aliud a se quod ad esse se
dicendum quod cognoscere ad esse se est du-
pliciter aut per se acceptum ab esse
et tunc dependet cognitio ab intrinseco
et non est possibile ponere in deo aut
cognitione aliquid esse quod aspectus cognitionis
deflectitur extra sicut cognoscit
angelus aut quod illud est quod aliud
et diversum habet extra ab intra et ita
quod est esse cognoscitive per cognitio intri-
nsecum et hoc modo cognoscit deus per
exemplar quod est idem quod ipse a quo
dei [illegible] et hoc modo nichil
obicit. Ad illud quod obicitur tertio quod
ad cognitionem sunt multa sola eius dicendum
quod duplex est dei cognitio scilicet in se et in sua
causa id est ipso genere et in exemplari et
ad cognitionem dei sufficit existentia
eius in causa sive in exemplari
et quod per exemplar repraesentatur sicut sin-
gula est in ipso genere ideo per existe-
ntiam in exemplari omnia cognoscit
sic futura est licet aliter cognoscatur
praesentia facta est. Quod vero obicitur
quod ad cognitionem sunt unum solum eius dicendum
quod verum est in ipso genere sine esse
actuali extra tamen fuerunt in causa
et esse eius est ratio cognitionis [illegible]
[illegible] modo essendi. Ad illud quod obicitur
quarto de assimilatione dicendum sicut superius
dictum fuit in quaestione de ideis quod ad
cognitionem requiritur assimilatio non
per convenientiam in genere vel specie

sed per rationem exprimendi et quoniam
divina veritas una et summa expressi-
one exprimit se et alia et ideo sum-
ma assimilatio est non tamen ratione sui
sed etiam respectu aliorum et ita patet
illud. Ad illud quod obicitur quod potentia
dicitur perfici etc. si nichil faciat quod sc.
dicendum quod non est simile de actu faci-
endi respectu potentiae et sciendi respectu intel-
ligentiae nam facere est actus in ac-
tivis et ut excellens quod non facit
perfectionem sed quod recipit et attestatur
sed scire est actus ut habitus qui
significat ut perfectio potentiae quoniam cognitio divina
intelligentia est perfectissima ideo non
tantum cognoscit aliquam se [illegible] co-
gnoscentia non autem facit [illegible]
quod illud quod ultimo obicitur quod veritas
creaturae nichil facit ad veritatem [illegible]
dicendum quod verum est et ideo cum nobi-
lis et perfecta est prima veritas aut
creaturam veritatum aliarum sibi ponitur sed
tamen ponere quod aliqua sit veritas et
non sit a veritate prima est ponere
primam veritatem non esse summam sic
ponere aliquam veritatem esse et non
esse creatam tollit rationem perfectae ve-
ritatis ut est ratio cognitionis et ideo patet
quod de perfectione summae veritatis est co-
gnoscere creaturae sicut et potentia producendi

Secundo dato quod deus cognoscit
alia a se quaeritur utrum cognos-
cat omnia alia et quod sic videtur auctoritate
Jeremie xvii pravum est cor hominis et in-
scrutabile ego dominus scrutans corda et
renes sed nichil intimius nichil occultius
nostris cogitationibus quia si has cognoscit
et omnia alia. Item hebr. iiii omnia
sunt nuda et aperta oculis eius ad quem
nobis sermo. Item omnia est summo

dei et efficacie nisi ibi. et non est
aliqua creatura impossibilis in conspe-
ctu eius / Item 20. vel. dicitur tu omnia
nosti / Item Augustinus in. de trinitate
nichil sit visibile nec intelligibile
quod non de aula interiori atque invisibili
summi imperatoris. aut iubeatur aut
permittatur. secundum ineffabilem iusticiam pre-
miorum et penarum gratiarum et retribucionum
et si hec, ergo omnia cognoscit / Item ratione
videtur. quod quanto scientia spiritualior atque
simplicior tanto plenior est cognitiva
sed deus est scientia simplicissima et spiri-
tualissima ergo est omnium cognitiva
Item deus est creator et remunerator. sed
inquantum creator est artifex inquantum
remunerator iudex sed perfectus arti-
fex cognoscit omnia sua et perfectus
iudex omnia remuneranda. sed omnis
creatura spectat ad artificium et omne
bonum et malum ad iudicium. ergo deus
omnem creaturam cognoscit et omnem
bonitatem et maliciam / Item impossibile
est aliquid esse in quo non sit deus per pre-
senciam essentie ut supra probatum est. sed
ubicumque presens est per essentiam et co-
gnicionem ergo impossibile est deo aliquid
esse incognitum / Item si esset in vna re-
cognosceret quod aliqua esset incognita
esset eius cognicio limitata. et arta-
ta et ideo imperfecta. Secundo contra. omne
nobilius est deo attribuendum. sed quedam
melius est nescire quam scire. sicut
dicit Augustinus in enchiridion. ergo necesse est
ponere quod deus illa non sciat / Item
intellectus noster propter sui immaterialitatem
non intelligit singularia vnde philosophus
dicit intellectus est vniversalium et
sensus singularium. sed divinus intellectus
multo magis est immaterialis. ergo ne-
que ipse non intelligit singularia

nec divinus / Item ut scientia stabilis
propter sui dependenciam non est nisi neces-
sariorum et non contingencium quia dicit boecius
quod scientia est certa quorundam immutabilem
existenciam sortitur. si ergo divina co-
gnicio est multo certior quam nostra scien-
tia etc. / Item quia vilitas est deum po-
nere cognoscere omnia et videtur quod nulla est
cognicio nostra non minus dicitur perfecta,
si non cognoscit omnia vilissima. si ergo di-
vina cognicio multo magis perfectior a sen-
sibili non erit imperfecta si non cogno-
scat ipsa vilia / Item si deus est omni-
sciens ita est omnipotens sed posse malum non
est de perfectione scientie ergo nec etc. / Item hoc ipsum
abicitur auctoritatibus et primo auctoritate abacuk
mundi sunt oculi tui domine ne videant
malum / Item Mathei xxv. de malis ne-
scio vos / Responsio dicendum ad intelligenciam
obiectorum quod in deo est noticia approba-
cionis et simplicis noticie. et noticia
approbacionis concernit complacenciam voluntatis
hac non cognoscit deus omnia quia nec
mala nec malos. sed tantum bona et bo-
nos. et de hac intelliguntur due ulti-
me auctoritates. Est et alia cognicio sim-
plicis noticie. et hec quia habet racionem
cognicionis a veritate que est lux summa
qui nunquam potest obscurari, nec eius tenebre
obscurantur ab ipsa ideo de necessitate co-
gnoscit omnia magna et parva. bona et
mala. sic solvuntur raciones ad primam
partem / Ad primum ergo quod primo obicitur quod omne
nobilius est deo attribuendum, dicendum quod
est melius simpliciter et est melius hic
et pro statu. dico ergo quod omnia scire
simpliciter melius et nobilius est. sed ho-
mini corrupto qui accipit occasionem
peccandi ex cognitione melius est quedam
nescire. ideo non sequitur quod sit
deo attribuendum / Ad secundum quod obicitur de
immaterialitate intellectus dicendum quod hoc

quod non cognoscit singularia non suf-
venit quod in maliciore immo quod malicie
committi et in malitia sua ipsi eciam
contingunt corpora ideo est potentia quia
dependet a corpore quantum ad opera-
cionem et per quas intellectus quantum
est in corpore venit ad cetera quod ille
sunt medie scilicet sensus particularis et
imaginacio quantum ergo singulare non
perveniunt ad intellectum nisi per istas
potencias et ascensus per has est similis abs-
traccionem et depuracionem et abstraccio
facit de singulari vel est universalis
ideo non potest singularia cognoscere in-
tellectus separatus vel divinus
Ad illud quod obicitur de rectitudine scien-
cie dicendum quod hoc non est propter rectitudinem
simplicem sed propter rectitudinem relatam a
re et quam causat rectitudo in nostra
cognicione vel pendet a re ideo non
potest nostra cognicio esse recta nisi res sit
vera divina autem cognicio quia a re non
causatur nec dependet ideo potest esse recta
de re contingenti Ad id quod obicitur
quod posse mali non est de omnipotencia
quia dicendum quod non est simile quia ibi re-
ctitudo manendo rectitudo est racio
cognoscendi malum sed rectitudo non est
causa mali nisi declinando a recti-
tudine et deficiendo ideo scire ma-
lum est de perfeccione sciencie sed posse ma-
lum non est de perfeccione potencie
Ad id quod dicitur quod veritatis est
cognoscere omnia dicendum quod infinitas et si
nescitis veritatis que non patitur
aliquid latere verum sunt infinitas
divine perfeccionis non patitur aliquid absen-
tari a deo

Consequenter queritur utrum deus possit
scire vel prescire plura quam
scit et quod possit plura scire obicitur
sic nichil scitur nisi ens verum
sed multa possunt esse que non sunt
et vere fieri que facta sunt ergo
multa possunt sciri a deo que tamen
non sciuntur Item quod possit plura pre-
scire videtur quia prescia est de futuris
sed multa possunt esse futura que nun-
quam fient nec erunt ergo multa possunt
presciri que non presciuntur ergo deus potest
plura prescire quam scit Sed contra
quod non possit plura scire videtur
quia sciencia dei est in futuris non sit in-
finita sic probatum est supra sed in-
finitis non possunt esse plura nec cogi-
tari ergo etc Item si potest prescire plura
aut plura incomplexa aut plures
sunt res aut plura complexa sive
enunciabilia non plura incomplexa quia
res scit deus etsi nunquam sunt
scit enim omnia que possunt fieri
non plura complexa quia in complexis contra-
dictionis semper altera pars est vel altera
falsa ergo de complexis semper tot sunt vera
quot sunt falsa ergo qui scit omnia
non potest scire plura quia non possunt
plura esse vera Item quod non possit plura
prescire quam prescit videtur quia quecum-
que deus prescit simul prescit nec potest
prescire nisi simul si ergo potest plura
prescire quam prescit aut ergo simul aut
successive simul est impossibile succes-
sive similiter impossibile quia in eternitate
non est successio ergo nullo modo Item
si potest plura prescire ergo eius maior potest
sciencia plurium saltem extensive et quod
potest esse maius potest augeri ergo di-
vina sciencia potest augeri sed nisi in
quodcumque ibi est mutacio et variacio
ergo divina sciencia potest mutari et variari
Respondeo dicendum quod cum queritur utrum possit
deus plura prescire vel scire aliter

est intelligendum de potentia quam de scientia
nam sicut dei sapientia triplex est dei
cognitio non quantum ad diversitatem
cognitionis sed connotatum, scilicet cognitio approbationis,
visionis et intelligentie. Cognitio
approbationis est solum in deo eius ad que
se extendit beneplaciti voluntas, et hoc est
solum non de hiis que sunt et bona sunt,
et hoc absque dubio potest esse plurium.
Cognitio vero intelligentie dicitur cognitio
qua deus cognoscit omne possibile et quod
est aliud, et hanc cognoscit deus eternaliter,
et hoc nullo modo potest esse plurium. Co-
gnitio visionis est earum que sunt, ab
eterno fuerunt, et hec solum est earum
que sunt vel fuerunt vel erunt,
et hec cognitio potest esse plurium quia potest
esse quod cum sit hec cognitio, omnino potentia
potest esse plurium. Concedendum ergo quod que-
dam scientia potest esse plurium et quedam non,
et per hoc patet responsio ad obiectum de
scientia. Quod cum obicit quod scientia est in-
finita, et quod non connotat aliquod melius,
plerumque dicendum quod hoc verum de scientia in-
telligentie, hoc non est verum de scientia
visionis. Quod autem obicitur de potentia,
concedendum est quod potest esse plurium. Quod
obicitur ad oppositum quod si potest facere plura,
aut simul aut non est, dicendum quod sim-
plicitas potest attendi simpliciter, aut quantum
ad plurium potentiam sive cognitionem.
Si verum est quod simul quod ab eterno po-
tuit quedam et ab eterno potuit facere
plura et potest fecisse. Si autem attendatur
pluralitas quantum ad rationem paucitatis
et pluralitatis sic est implicatio contra-
dictionis, est impossibile quod simul faciat plura
et pauciora, et primo sensu habet
obiectum veritatem. Ad illud quod obicitur
quod si potest plura facere quam potest facere

angelos, dicendum quod est quod facta possit
angelos non tamen angelum facere. Quidam
unus et alius facit deus et multa et
una, et plura et pauca non tamen
vis facti possunt esse plura, non
tamen angelos, quia angelorum est de pau-
cioribus fieri plura, sed hoc posse esse
plura habet duas causas veritatis,
aut quod de paucioribus potest fieri
plura, aut quia ab initio potuit
esse plura, et hoc ultimo sensu est verum
verum, et licet enim procedat a pluribus
causis veritatis ad unam facit se pro-
sima sensui sonorum.

Consequenter est querendum de 2° articulo,
scilicet de modo divine cognitionis, et
circa hoc queruntur tria. Primo quaeritur
utrum deus cognoscat mutabilia et immu-
tabilia. Secundo utrum cognoscat omnia futu-
ra. Quod autem cognoscat se et alia
circa non sunt diversimode obiectum sic
scientia dei est sua essentia et suum facere
est suum esse. Ergo modus cognoscendi est
modus essendi, sed unus est modus co-
gnoscendi essendi in deo est essentialis.
Ergo et unus modus cognoscendi. Item deus se
ipso et non alio cognoscit se et seipso et non
alio cognoscit alia, ergo una et eadem
ratione cognoscit se et alia. Sed modus cognitionis
attenditur penes rationem cognoscendi, ergo si
est eadem ratio cognoscendi se et alia, et
idem modus etc. Item hoc ipsum videtur
per impossibile quod si alio modo cognosceret se
alio modo per creaturas, ergo cum cognoscat
se et creaturas variatur in cognoscendo.
Ergo apud deum est transmutatio et
vicissitudinis obumbratio. Item si alio
modo tunc ergo quero aut modus
ille est creator aut creatura, non creatura
quia cognoscit et modus cognoscendi est essentia.

si tamen aut dicit quod personale
aut quod essentiale. non personale
quia omnis cognitio est quid relativum. ergo
dicit quod essentiale. ergo si alius et
alius modus ergo alia et alia cognitio.
sed hoc est impossibile. ergo et primum. Con-
cedens cognoscit alia a se cognoscit per
ideam. se autem non cognoscit per ide-
am. ergo si cognoscat per ideam dicit
alium modum cognitionis a se non cogno-
scit per ideam. patet quod alio modo cogno-
scit. Ad 2m in cognitione qua deus co-
gnoscit se idem est cognoscens et co-
gnitum et ratio cognoscendi. sed in cognitione
qua cognoscit creaturam non est idem
ratio cognoscendi. sed in cognitione qua
cognoscit creaturam non est idem ratio
cognoscendi et cognitum. ergo non eodem
modo. Ad 3m est quod creator et crea-
ture secundum rationem essendi. ergo necessario
secundum rationem cognoscendi. cum ergo alius
sit esse creature secundum creatoris. et alius
modus essendi. ergo alia cognitio et alio modo
cognoscitur quam creator. si ergo alio modo
cognoscitur a deo et idem est creaturam
cognoscere et deum cognoscere. ergo deus alio
modo cognoscit se et alia. Item omnis co-
gnitio in qua cognitum est nobilius
cognoscente et intelligibilius est cognitio
nobilior secundum quod ad rem et modum.
secundum quod ad rem quia de re magis no-
bili. secundum quod ad modum quia de re pre-
sentiori. sed in cognitione qua deus cogno-
scit se cognitum est nobilius cognoscen-
te et intelligibilius quam in cognitione
creature. ergo nobilior cognitio secundum quod
ad rem et modum. Propterea dicendum quod est que-
dam cognitio que causatur et orta est
a cognito et hec quia a cognoscibili
causatur et dependet. variatur secundum ge-
nera cognoscibilium secundum quod ad rem
et modum. est et alia cognitio que secundum

rem idem est quod cognoscens et
a cognoscibili non causatur nec dependet.
et hec recipit indifferentiam secundum quod
ad rem et modum a parte cognoscentis non
a parte cogniti. quia ergo divina cognitio
a rebus non dependet nec causatur
sed est idem quod deus et deus eadem
essentia et eodem modo se habet ideo v-
na cognitione et eodem modo cognoscit deus
se et alia a se quia per seipsum. neque
variatur nec diversificatur. Ad intel-
ligentiam autem obiecti notandum
quod per respectum ad cognoscentem cognitio
eodem modo comparatur et eodem modo est. quia
secundum illam comparationem dicitur esse. et per
hunc modum procedunt rationes ostendentes
quod eodem modo cognoscit se et alia. per rationem
ad cognitum licet sit eodem modo dicitur
tamen alio modo comparari. ita ad deum
secundum rationem indemptitatis ad cre-
aturam non secundum rationem dispositionis et
causalitatis. et ideo ad creaturam secundum
rationem indecendi. pro ad deum non nunc.
et hoc probant rationes ostendentes ad
rationem partem quod alio modo comparatur. et
hoc modo concedendum est. si ergo infertur
quod alio modo sit. ratio non valet. quia
cognitio dei non recipit modum certa
nec nobilitatem a cognito. etc. procedunt
obiecta duo de identitate et diversitate.
Ad id quod obicitur tertio quod unum est quod
creator et creature. dicendum quod verum est de
quantitate secundum causam comparationem. tamen a-
liam et aliud nichil prohibet quod ali-
quid sit veritas creature et plenitudo
dei. plus quod ad sit veritas dei. et
plenitudo creature. et quia ratio cognoscen-
di accipitur penes utrumque modum
ideo cognitio potest esse quid. Ad illud
quod obicitur ultimo dicendum quod tenet in
cognitione causata a cognoscente non

~~aut tenet cum non carpitur~~ sic
in proposito
¶ Secundo queritur utrum deus co-
gnoscit mutabilia immutabiliter
et quod sic ostenditur, primo auctoritate anon-
ymi de di. no. cognoscit deus omnia muta-
bilia materialia in parte preteriti visi-
biliter intelligibiliter immutabiliter mutabilia
Item augustinus xv de trinitate eius scientia
inamissibilis est et invariabilis, sed omne
tale immutabile ergo etc. Item hoc ipsum osten-
ditur ratione quod quanto nobilius est aliquid
cognoscens tanto nobilior est cognitio qua
cognoscitur res immutabiliter quam qua
cognoscitur mutabiliter ergo etc. Item quod est
in aliquo est in eo per modum eius in quo
est sed hoc verum est maxime in deo
in quo omne quod est et ipsum sunt ipse
deus. ergo cum scientia rerum et ipse res
cognite sunt in deo et ipse sit omnino
immutabilis sunt ergo in deo immuta-
biliter. Item ad hoc est ratio augustini di-
centis ad impossibile dei enim scire est
suum esse et scientia sua est sua essentia
si ergo sciret mutabiliter esset mutabilis
quod omnino impossibile est impossibile. Item
ubi est mutabilitas ibi est aliqua vi-
cissitudo si ergo deus sciret res muta-
biliter sciret multa sed multitudo est
quedam decedentis cognitionis ergo non
habet dei cognitio perfectam nobi-
litatem. Contra cum res est praesens scit
deus tamen esse presentem et cum preteritum
et tamen futurum scit eam esse futuram
non preteritum ergo videtur quod sicut nos co-
gnoscimus res mutabiliter ita et
deus cognoscit. Item ad hoc quod scientia sit
vera necesse est scibile et sciendum [pre]cor-
donari alioquin non est vera scien-
tia ergo mutabilis ad immutabile
non est proportio. sed mutabilis ad im-
mutabile, ergo deus non cognoscit res
~~mutabiles~~ immutabiliter sed im-

mutabiliter ~~aliquin non vere cogno~~
scit ut videtur. Item quemadmodum scitur
est verum ergo quod immutabiliter scitur
immutabile est verum sed res muta-
biles non habent veritatem immutabilem
ergo non possunt sciri immutabiliter. Item
quod res sunt contingentes ideo deus
presciens futura contingentia et contingenter
sicut in precedentibus ostensum est
ergo quod res sunt mutabiles de-
um scire mutabiles et mutabiliter
ergo mutabiliter cognoscit deus mutabi-
lia. aut si non est hoc verum ergo
quare non. et iterum quare potest aliquid
intelligi quod rei mutabilis sit scientia
immutabilis. Respondeo dicendum quod cum queritur
utrum deus sciat res immutabiliter hoc
est duplex. quia hec dispositio immu-
tabiliter potest determinare dictum sciendi
dei vel actum cogniti rerum. si actum
sciendi dei sic omnino verum est quod
immutabiliter scit quia ita eius actum
et cognitionem non cadit transmutatio
nec vicissitudinis obumbratio. si autem
determinat actum cogniti rerum sic falsum est
de rebus mutabilibus quia deus scit
eas mutabiles et novit earum im-
mutabilitatem et scit sic habere non co-
gnitionem quam prius sed tamen novit in-
mutabiliter. et ratio huius est quia in
eius cognitione non est receptio non
est successio nec est oblivio et ideo
quamvis res sunt mutabiles earum
non mutatur in cognitionem mutabilitatem
eius. et exemplum huius sit sicut potest co-
gnosci si intelligatur vel cogitetur
oculus fixus in parte quam sepe vi-
dent transeuntes sine recedentibus et
unico aspectu omnes videt et omnes
mutatos per contrarium res immutabiliter
tamen nec oculus mutatur nec eius co-
gnitio et sic est in deo. exemplum autem
ad hoc intelligendum potest sumi a

contrario sic, quod cum sciencia certa pen-
det a scibili et non econverso ideo potest cer-
tificari [illegible] sciam per oblivionem et
errorem et successivam [illegible] sicut nec
nulla sciencia mutabilis in scibili, sic
econtra in deo quod divina sciencia non pendet
vocati pauci vero electi. Ad aliud
quod obicitur quod electio respicit malum
et convenit cum agenti a proposito
non sic predestinatio. Notandum quod in
deo idem sunt propositum et predestinatio
et electio. secundum rem tamen differunt
secundum rationem intelligendi nam pro-
positum simpliciter dicit voluntatem producendi (?)
aliquid nec cum de preponere quod pre-
ponit vult dicit aliquid electio nec
et predestinatio addit super [illegible]
sed differt quod predestinatio addit
ordinem et directionem in finem
sed electio discretionem sive separationem
a suo proposito. Unde propositum dicit
[illegible] predestinatio
[illegible] dicit [illegible]
et electio [illegible] discretionem secundum
hec rationes patet quod propositum est prius
secundum rationem intelligendi et deinde
electio quod prius est intelligendum
aliquod separari a massa sive a ma-
[illegible] in fine etc. [illegible]
[illegible] et per hoc patet
illud quod ultimo queritur quare
agens a proposito non semper dicitur
agere secundum predestinationem sicut secundum

eleccionem quia omnis agens a proposito deliberans aliquem finem cognitionem eius praecipit. ideo omnis talis dicitur eligere. sed non omne agens sic ordinat effectum in finem. sed ut plurimum seipsum praedestinare aut est per ordinationem alterius in finem. et hoc quidem convenit deo proprie et ideo patet illud. praedestinatio cum tria denotet. scilicet praeordinantem. et hic est homo et ratione praeordinati et hic est gratia. et ratione finis. et hoc est gloria. etc. sunt tria quos. et per quos. et ad quos

Consequenter est quaestio de secundo articulo scilicet de reprobatione et circa ea quae dicta sunt de praedestinatione contradictoria vel opposita sunt reprobationem quaeritur specialiter de obduratione quae est eius connotatum de qua duo quaeruntur. primum est utrum sit pena aut culpa. secundo utrum obduratio sit a deo. Quod autem obduratio sit pena obicitur. sic super illud ro. ix. cuius vult miseretur etc. glossa aug. obduratio est nolle misereri sed nolle misereri non est culpa sed pena ergo etc. Item ibidem miseretur secundum gratiam quae gratis datur. obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. sed constat quod non redditur bonis meritis. ergo malis. sed quod malis meritis redditur est pena. ergo obduratio est pena. Item hoc ipsum videtur ratione quia in hoc differt culpa et pena. quia culpa est affectio voluntaria. sed obduratio (?) est involuntaria quia nullus vult deficere (?) sine obduratione ergo etc. Item sicut se habet excaecatio ad intellectum. sic obduratio ad affectum sed excaecatio dicit penam non culpam ergo obduratio. Contra

super illud ro. ix. secundum duritiam cordis tui (?) Induratio est indurare (?) in malicia perseverantia (?) qua sit homo impenitens sed hoc dicit culpam ergo et obduratio. Item anselmus de praedestinatione sed (?) obduratio nihil aliud est quam dei obviare mandatis. sed obviare mandatis dicit inobedientiam sed peccatum ut dicit ambro. nichil aliud est quam praevaricatio legis divinae et celestium inobedientia mandatorum. ergo obduratio dicit peccatum. Item ratione videtur quia nulla pena realis secundum quod huiusmodi opponitur gratiae gratum facienti. sed obduratio opponitur gratiae gratum facienti et maxime gratiae finali ergo obduratio non est pena sed culpa. Item in hoc est differentia inter culpam et penam. quia ut dicit augustinus. pena est malum quod patimur. culpa vero est malum quod agimus. sed obdurationem unusquisque facit sibi sicut dicit augustinus in libro de gratia et libero arbitrio. induravit deus pharaonem iusto iudicio sed ipse se libero arbitrio. et quod obdurare sit a nobis patet quia in psalmo. dissuadetur. nolite indurare corda vestra ergo etc. Responsio. Dicendum quod obduratio in spiritualibus est translative dicta ab obduratione in corporibus. In corporibus autem duritiam consequitur triplex proprietas quoniam licet corpus per eandem naturam non sit susceptivum cum est incapabile ad suscipiendum. est stabile ad permanendum. est iterum forte ad rebellandum sive resistendum secundum hunc triplicem modum etc. (?) obduratio dicitur tripliciter. primo modo dicitur (?) obduratio. ex hoc quod incapabile ad impressionem gratiae suscipiendam et sic non sonat in passionem et est pena circa culpam. secundo modo dicitur (?) obduratum quod est in peccato stabilitum. quod sic est inter

co[m]pacienti ad amorem pcti et hoc
modo obduracio est pctm cum di-
sposicione sive disposito pcti prece-
dentis, vnde dicit[ur] rex obdura-
tum esse zebelle qz volt deum z
eius mandata eius quam impugnare
et hoc non est speciale pctm gen[er]ale
pctm in spem sctm z secundum istum mo[dum]
reliquum diuise auctores procedunt de
obduracione que videntur sibi ob-
viare sed diuisis viis procedunt con-
tra distincte predicte recedendum
est ergo q obduracio vnde non e pe-
na recedendum est intelligi q amo-
motis est culpa sive disposicio culpe
Ad 2m go quod obicitur q pena ipse non
repugnat et est sonat in passio-
nem q ipse est pena. c eius quedam
pena inflicta quedam contracta quedam
dum actus pena inflicta simpliciter
est passio et non repugnans gracie ut
fames sitis z egritudo pena con-
tracta est fames z concupia et hec
quedam passio est z ideo pena sed
tamen inclinat ad audiendum malum
et ideo gracie repugnat non quantum
ad speciem sed quantum ad inclinacionem
pena actus est sic obduracio et gracie
expulsio z hec quedam pena est et
passio est, sed q est mali affirmacio
sive ex pecto est etiam con[tra]municione
inseparabilis ideo opponit ipse z ita
patet q intelligi est pena z passio.
Quamvis eius contingat per graciam amorem
intelligi pena est sicut patet in
scabioso qui in scalpendo se dele-
ctatur sz postea sentit in carne
ardorem

Secundo queritur vtrum obduracio
sit a deo sive sit effectus de re-
probans, et quod sic videtur Ro. quod nonne
qua volt miseretur et quem volt
indurat sed idem est ab sit deo
auctore z deo volente, si ergo obdu-
racio est deo volente ergo et deo au-
ctore, Item ibidem in glo. obduracio
est nulli misereri dicit ergo hic est
preceptum per omissionem aut per inhibicionem
vel per accionem non per inhibicionem
vel per accionem. Ergo deo eius e vo-
misereri nec tamen obduracio ergo
est deo per eum sz deus non volt mi-
sereri aliquorum ut reseruet ut dicit
Augustinus, ergo ab ipso est cum obduracio
Item super id exo. ego indurabo cor
eius dicit Augustinus indurauit deus
per racionem iusti iudicio ergo spm hoc
fuit iustum per racionem indurari Item
vnde iusticia a summa iusticia procedit
que deus est ergo etc, Item omne ve-
ritas omne quod est aliquid e a deo
obduracio est aliquid ergo spm id quod
est a deo q sit aliud patet quod dicit
dicit Ralon post. sed molle dicit
impetus, ergo si mollicies z in corpori-
bus et in spiritalibus est ab q habe-
at tamen pctm etc, Item quando habz
materiam aliquam si permittit male face-
re cum possit prohibere vel puere cum
possit admittere non inconveniens
est causa sui maleficii vel pcti
sive mali, vnde philosophus qui sub-
ditos non regit causa est mandere in
subditis, sicut qui habet vnde pa-
scat famen molentem et non pascat
causa est mortis eius, si ergo deus
potest prohibere ut affectus sic non
duret et potest pascere ut non desinat
et non facit videtur q sibi sit etc
et sic induracio attribuenda, Item
philosophus dat maximam si ab est causa
alionis et oppositum est causa oppo-
niti si habere pulmonem est causa

respondendi et non habere est causa
non respondendi. Sed velle misereri
est causa iustificationis ergo nolle mi-
sereri est causa obdurationis. Item si ali-
quid per sui presentiam est causa alicuius
per suam absentiam est causa opposi-
ti. Hec est alia maxima philosophi. Sed deus
per sui presentiam est causa mollificationis
cordis ergo per sui absentiam est causa
obdurationis. Item si aliqua duo sint
omnino similia in natura aut effectus ali-
quis non inest uni quin non conveniat
alii aut si inest aliunde inest. Po-
namus ergo hec duo parvuli sicut Ia-
cob et Esau. Deus unum obdurat
ut Esau, alterum non obdurat ut Ia-
cob. Ergo cum sint similes omnino quan-
tum ad naturam et quantum ad merita
aliunde venit obduratio. Sed non est
dare nisi quod a deo, ergo etc. Si tu
dicas quod a diabolo. Contra esto quod dia-
bolus nullo modo se intromittit ni-
chilominus iste obdurabitur. Item omnis
effectus sive positivus sive defecti-
vus habet causam primam et imme-
diatam. Quero ergo que sit ista obdu-
rationis prima. Aut enim culpa o-
riginalis aut actualis aut usus
liberi arbitrii aut ad aliud. Non culpa ori-
ginalis quia tunc omnes obdurarentur
simpliciter. Nec culpa actualis quia tunc
omnes actualiter peccantes obdurarentur
nec usus liberi arbitrii quia obduratio in-
est comitativa reprobationis et in par-
vulis in quibus non est usus liberi arbitrii.
Restat ergo quod voluntas dei sit causa
et hoc videtur quia ea posita ponitur
effectus. Si enim deus non vult istius
misereri necesse est eum obdurari.
Contra Io. vi. Omnis qui venit ad
me non eiciam foras. Ergo paratus

est deus omnes amplecti. Ergo de-
fectus illustrationis non venit ex
parte dei sed ex parte nostra. Item Apoc.
iii. Ecce sto ad hostium et pulso
si quis michi aperuerit intrabo
ad illum etc. Sed peregrinus volens
hospitari non recipitur in domo
non est causa ex parte sui sed solum
hostiarii. Ergo similiter et obdurationis
non est causa nisi qui non recipit
deum pulsantem. Item Augustinus super
illud Io. Lux in tenebris lucet
dicit: sicut ceco posito in sole presens
est lux et ipse absens est luci, sic
omni iniquo qui cecus est corde
presens est sapientia et ipse est absens. Si-
cut ergo bonum est precedenti cecitas sive
privatio actus videndi non sit a
sole patet quod nec obduratio est a
deo. Item Anselmus non ideo non habet
homo gratiam quia deus non dat sed
quia homo non vult accipere. Ergo non
debet dici obduratio esse a deo.
Item ratione videtur quod optimi est opti-
ma adducere. Sed obduratio est pessi-
mum inter omnia mala. Ergo ipsam non
efficit deus qui est optimus. Item
obduratio autem reddit animam impo-
tentem ad bonum. Ergo est defectus. Sed
defectus aut non habet causam aut si
habet est causam deficientem. Deus autem
nullius est causa deficiens. Ergo obdu-
ratio nullo modo est a deo. Respondeo dicendum
quod obduratio nominat penam dicit
enim ingratitudinem et ita dicit defe-
ctum penalem. Et pena eius in-
quantum talis est iusta et ordinata
ideo dicit defectum ordinatum. Inquan-
tum ergo defectus est non habet causam
nisi deficientem. Hec autem non est
deus quia deus non est causa deficiens.

sed liberi arbitrii defectivi. Inquantum vero
ordinatum est cum merente secundum
ipsam culpam et cum ordinatorem
secundum retribucionem divinam iusticiam. Ille
igitur verba auctoris apostoli secundum Augustinum et glo.
et consiliis quae dicunt deum obdu-
rasse aliquem intelligunt quantum
ad racionem ordinis non quantum ad
racionem defectus quia pro separacionem
ad defectum solum cooperatur in racione
punientis non efficientis. Et quod
exemplum sicut si aliquis esset dignus pre-
cisione et aliquis posset eum precidere
et iusto iudicio vellet eum parcere
si quereretur quae sunt in isto causa
mortis respondetur quod defectus culpe
ille vero non dicitur occidisse sed
permisisse. Si autem quereretur
utrum iste iuste fecit dicitur quod
sic. Cum tamen nichil fecit quia ipsum
non facere ordinatum fuit auctori-
tas ad iustum illius et pro racione quod
ille ordinatus est in pena sibi de-
bita. Per hunc modum est intelligen-
dum in proposito. Ad illud quod quando
obicitur quod ordinacio dicit ponem domini
quod in corporibus dicit ponem quia pro natura
suam nata sunt sibi resistere sed
in spiritibus dicit defectum quia de na-
turali aptitudine spiritus debet esse
subiectus et suscipere influenciam divine
regulacionis. Talis est potencia et sicut
sed eciam ordinacio et inceptitudo et
per modum privacionis. Ad illud quod
obicitur quod qui permittit subditum pec-
care etc. dicendum quod verum est si tenetur
et debeat facere. Sed si non tenetur
nec debet hoc facere immo magis
contrarium relaxacionem sic illi imputari
periculum. Sed iusticia etc. et ubi est iusto
etc. Ad illud quod obicitur quod si aliquis est causa
alicuius quod oppositum est causa oppo-
siti dicendum quod illud tenet in naturalibus
et necessariis. Sicut in hoc exemplo
et non habere et respirare et non
respirare. Non autem tenet locum in vo-
luntariis. Sicut dicit Anselmus. Si autem
quaeratur utrum sit verum quod deus dat
causa quare non habet est quod non
accipit. Sed ista solucio non videtur
competens quia si causa maxima
sit bona quod necesse est quod tenet in
bonum malum et peccatum. Dicendum quod ipse li-
quit per eum perimat et inclinat et
quae est tota causa non exigens a-
liud. Et in omni tali tenet. Sed quoniam
voluntas dei sit causa efficiens contra-
riacionis tamen ad potenciam concurrit
liberi arbitrii non consenciens quod ergo ista
duo concurrunt quaelibet habet per se
defectum et non causat divina voluntas
quae est liberrima. Sed causat li-
berum arbitrium quod quoniam non posset nec suf-
ficiat efficere, sit tamen causa deficiens
causa quae sufficiens est ad defe-
ctum effectum. Nichil enim facilius
est defectui quam causare. Ad illud
quod obicitur de absencia dicendum quod ad
absenciam alicuius est malum. Aut ille
est causa sue absencie aut non.
Si ille est causa sue absencie dicitur
quod prius esse causa quia recessit quam ab-
sencia. Si autem ipse non est causa immo
quantum est de se semper paratus est
presens esse, nulla racione nullo modo
dicendum est esse causa. Sed racione cuius
iuste se absentat ideo deus, propter
et non deus peccata enim nostra divise-
runt inter nos et deum nostrum et sunt
nisi nubes densissime auferentes
nobis illustracionem gratie. Ad illud
quod quaeritur quae sit causa efficiens
racionalis creature divisionem

quod causa est boni actus meritorium
est peccatum sive originale sive actu-
ale causa vero deficiens sive formaliter
defectus est boni actus et in defectu suo
permanens sive quod ipsum negligit sup-
pleri quod peccatis [illegible] alius non suc-
cedit quod nec duobus existentibus si-
milibus potest alter absque manu suble-
vatricem ideo unus obduratur quod se-
alter vero sublevatur ab alio et per hunc
modum intelligendum est in Iacob
et Esau. Esau enim iacuit propria inf-
irmitate sed Iacob relevatus est a-
liena virtute

Circa partem istam sunt dubitationes
circa literam et primo de hoc verbo
quod ponitur scilicet predestinatio est de
bonis salutaribus, queritur quid per
intelligitur per bona salutaria, si intel-
ligatur quod gratia et gloria, quia sicut homo de-
predestinatus ita gratia debet dici prede-
stinata. Respondeo dicendum quod predestinatio est
preordinatio in ordinatione autem tria
concurrunt scilicet quid ordinatur et per quid
et ad quid, primum est homo, secundum est
gratia, tertium gloria, et quia ille solus di-
citur esse predestinatus qui predestina-
tione ordinatur ideo patet quod gratia non
debet dici predestinata sed homo so-
lum qui predestinatur ad salutem.
Item queritur de hoc quod dicit et de
hominibus salvandis. Videtur enim insuf-
ficienter dictum quia cum predestinatio sit prepa-
ratio gratie et glorie, quia non tantum est hominum
sed etiam angelorum. Respondeo dicendum quod predesti-
natio uno modo dicitur preparatio boni et
sic convenit hominibus et angelis et
etiam Christo. Alio modo dicitur preparationem
boni et liberationem a malo. Et sic
predestinatio proprio modo competit /

etc. [illegible] est hominum et sic accipit
magister hic. Item queritur de hoc quod
dicit quod predestinatio sine prescientia esse
non potest. Videtur enim male dictum quia
prescientia est maiorum, unde prescientia bonorum et
malorum, sed predestinatio bonorum, ergo potest
esse predestinatio sine prescientia. Sicut
etiam si [illegible] quod predestinatio
est specialis sed prescientia communis et specialis
tunc [illegible] magis prescientia ap-
[illegible] reprobationi quam predestinationi.
Ad hoc est unus modus dicendi
quod [illegible] predestinatio addit [illegible]
[illegible] reprobatio vero non [illegible]
[illegible] sed [illegible] habet
aliud [illegible] reprobatio sit
prescientia pene [illegible] est causa
et [illegible] dicendum est quod non tantum addit quod
[illegible] detrahat. Nam predestinatio dat
intelligere beneplacitum quod [illegible]
[illegible] in genere scientie practice simpliciter
et quia beneplacitum est simpliciter et ab-
solute respectu boni connotati, sed non sic est
de reprobatione quia voluntas non est
respectu mali culpe et respectu pene
est conditionis non antecedentis et [illegible]
[illegible] et propter hoc quod minus [illegible]
[illegible] ad [illegible] scientie [illegible]
[illegible]. Item queritur de illa re-
sponsione magistri [illegible]
[illegible] esse [illegible]
quod non salvat per suam [illegible]
ad [illegible] de [illegible] quia [illegible]
aliquo damnando non est dicendum ipsum
posse salvari, quia potest de predestinatis
quia plures possunt esse predestinati quam
sunt quia potest [illegible] predestinatorum angelorum.
Respondeo dicendum quod magister in hac forma [illegible]
[illegible] principaliter [illegible] ad [illegible]
[illegible] predestinatum potest [illegible]
damnari et [illegible] [illegible]

et divisionem per istam solucionem
patet quare non resisto ad illud de
augustino sed non plene ideo amittit
solucionem secundum quam est conplicabilis
in qua dicitur quod quamvis non potest
in primo esse predestinatus quamvis possit
esse predestinatus quod hoc est dictum quod
ad eius peterit et ipsum augustinus
dicit maiorem minor ipsum fuisse et
cum proposicione posuisse et nova ad-
dicione. ideo patet quod quod sive eadem
distinctionem et similitudinem dicit in pluri-
bus. unde si ad statum eius est esse
ita magnum quantum futurum est
non dicetur angelus sed tamen potuisset
esse minor vel in proposito intelli-
gendum. vel aliter solum potest per com-
posicionem et divisionem sed unde plura
posset esse plures esse quam sunt ergo
potest unus angelus. Item quibus de
hoc quod dicit. Quod intelligencia
condicionis implicantis veritatem fa-
cit in deo et in potencia in voce.
Quia non sit illud intelligibile si ri-
dem non est ea opposita et con-
dicio implicata facit veritatem conclusio
facit in potestate. Respondeo concedendum quod [illegible]
volt dicere quod illud est falsum demon-
strato aliquo isto dampnato vel sal-
vato est impossibile. sed si addatur et
implicetur condicio predestinacionis fa-
cit veritatem in deo et impossibilita-
tem vel id est facit illud dictum cum
in impossibilitatis esse verum. impossibile est
dicitur istum dampnatum et esse predesti-
natum sicut est impossibile sive istum
salvari. et non esse predestinatum est
impossibile vel aliter potest dici quod con-
sequens aliquando condicionis implicacione
sit verum ut demonstrato [illegible] isto
salvato est falsum. adde condicionem prede-
stinacionis. et fiet verum istum sal-
vari si est predestinatus et verum. Item
eciam demonstrato isto dampnato est verum
adde condicionem predestinacionis et fiet
impossibile istum dampnari si est predesti-
natus est impossibile. Contra intelligendo
Item quibus de hoc quod dicit. Cum ergo
ad falsum est vel dictum non conceditur
quod illud esse non possit etc. videtur
enim falsum. quia Christus dixit Petrum
peccaturum. ergo postquam dixit fuit ne-
cessarium deum dixisse et non sequitur
sed Christus dixit hoc etc. quia dei
oppositum et tunc sequeretur Christum esse
mentitum quod est impossibile. Hoc videtur
tamen actus sit natus quod necessa-
rium sunt Petrum negare. Respondeo concedendum quod
in dicione Christi duo sunt scilicet vox
placio et assercio. et vox placio sim-
pliciter est certa et nota et ergo illa
non sequitur consequens non enim sequitur
Christus hoc dixit ergo est. similiter enim
habet verbum ero sicut vobis mendax.
est vera assercio et illa sequitur illu-
stracionem divine persone. sunt ergo divina
persona est vera et infallibilis cui non
potest subesse falsum et tamen asserit fu-
tura et tenetur vera ipsum veritatem
et ideo non est necesse deum [illegible] fecisse
[illegible] sicut est vera et infallibilis
ita intelligendum de Christi assercione
quod [illegible] vera et infallibilitatem
a divina persona. sed tamen non est neces-
sarium Christum hoc asseruisse. et ideo
si ponatur hoc contingere ponitur et
Christum non asseruisse. et patet illud
et consimilia. in assercione enim Christi
duo sunt scilicet actus intrinsecus et relacio
ad futurum contingens sine ordinacio

et quamvis unum sit necessarium et reliquum est
contingens. Tertio queritur de hoc quod dicit
sic predestinationis effectus illa gratia est
qua in presenti iustificamur etc. Ex hoc
videtur quod predestinatio sit causa gratie.
Queritur ergo in quo genere cause causa
cum sit sola videtur dicendum quod exempla-
rem. Et iterum hoc non videtur sufficere
quia exemplar non necessario infert exem-
platum, sed presuppositum ponit. Et iterum si est
causa aut unica salutis aut particula-
ris. Non videtur quia tunc indigeret
aliqua particulari adiunctione non particularis
quia tunc determinata esset ad unum
effectum tantum. Et iterum aut necessaria aut
contingens non necessaria quia per voluntatem
operatur nec contingens quia hec est
fallibilis et incerta. Responsio dicendum quod pre-
destinatio est causa gratie sicut dictum
est tota causa, sed non causa salutis
ut concludatur cooperans et disponens
adiutorium. Unde nullus
salvatur. Circa quod ergo queritur
in quo genere esse sit dicendum quod pre-
destinatio claudit in se sapientiam et be-
neplacitum voluntatis et dispositionem
voluntatis per quam placuit deo nos
salvare que est summa bonitatis
manifestanda ratione primi dicendum causam
in genere forme ratione secundi in genere
efficientis ratione tertii in genere finis.
Quod queritur utrum necessaria vel contin-
gens utrum particularis dicendum quod de
omnibus aliis modis causandi habet
quod est perfectionis non quod est imperfectio-
nis. Nam de perfectione unius salutis
est extensionem ad multa de perfectio-
ne particularis sufficientiam ad singula
de perfectione etc. nunc habet immutabi-
litatem de perfectione contingentis est
arbitrii libertatem quod potest facere et
non facere. Conditiones imperfectionis
non habet quia nec habet insufficientiam
sic causa unius nec limitationem
sic causa particularis nec contra
variabilitatem sicut causa necessaria nec va-
riabilitatem sicut causa contingens. Tertio
queritur de hoc quod dicit quod predestinationis
effectus est. Apponendo gratia
videtur enim male dicere quia causa et
effectus sunt correlativa. Cum
ergo correlativa simul sunt vel con-
trarium est predestinatio et gratia. Appositione
ergo nullus est predestinatus nisi qui ha-
bet gratiam, sed contrarium habet esse quia prede-
stinatio est ab eterno sicut dicit
Augustinus in libro de fide ad Petrum.
Responsio dicendum quod predestinatio non semper
est causa in actu sed in habitu et
ideo non oportet quod ponat effectum
in actu sed habitu. Unde et hoc patet
quod quemadmodum convenit uti predesti-
natio aliquid ponat in predestinato
dicendum enim quod non necessario ponit aliquid
de presenti sive in actu. Quia multi
sunt predestinati qui non sunt ma-
li et multi qui mali sunt, sed
ponit aliquid semper habitum sive de
futuro ratione cuius homo est gau-
dens scilicet quod nomen eius scriptum sit in
celo et cum illud positum erit ma-
gnum bonum est et illud erit ratio
persistendi in bono et perveniendi ad
magnum et summum bonum. Et ideo hoc
bonum spirituale ponendum est gratie
que est secundum presentem iustitiam.

Cum autem quaerimus

secunda causa ... et ...
Supra egit magister de causalitate
activa predestinationis et reprobationis.
In hac parte in(?)... de causalitate
passiva utrum scilicet predestinatio et
reprobatio habeant in nobis causam
meritoriam. Et hoc quod prohibet(?)
intendit in hac parte que duas

d. xli

habet partes. In prima magister investigat praelocutum propositum; in 2a mo-
net quandam quaestionem quae ex prae-
cedentibus est ortum, scilicet utrum deus
desinat aliquid scire vel praescire, ex
cuius manifestatione patescunt duae
sententiae intelligibilius ibi: Post haec con-
siderari oportet. Prima pars in quattuor
est partes. In prima determinat magister ve-
ritatem ostendens quod reprobatio habet
causam meritoriam quantum ad temporalia
quod est obduratio, non sic praedestinatio
quantum ad temporalia quod est iustificatio.
In 2a vero magister removet quandam
opinionem quae posset homines inducere
in errorem ibi: Opinati tamen quidam
sunt. In 3a removet eius
defensionem ibi: Quibus tamen videtur
adversari etc. In 4a removet prae-
sumptionem in hac quaestione inquisitivam
ostendens aliquos volentes reddere
rationem de hoc profundo divinae prae-
destinationis lapsos esse in profundum
erroris ibi: Multi vero de isto pro-
fundo quaerentes reddere rationem etc. Post haec
considerari oportet utrum ea quae
semel scit deus etc. Haec est 2a pars
in qua determinat magister quaestionem utrum
deus desinat aliquid ~~praedestinare~~
scire vel praescire, et similiter quaestio
utrum desinat aliquem praedestinare,
et haec pars habet duas. In prima deter-
minat de praescientia quod contingit desinere
aliquid praescire. In 2a vero determinat
de scientia ibi: De scientia autem aliter vi-
detur, ubi dicit quod deus non desi-
nit scire. Et in utraque parte primo mo-
vet quaestionem, 2o determinat.

Ad intelligentiam praedictorum homo
duo sunt quaerenda. Primo quaeritur
de praedestinationis causalitate, 2o de
divinae scientiae sempiternitate sive inter-
minabilitate. Circa primum ad primum

quaeruntur duo: primo quaeritur utrum
praedestinatio et reprobatio in nobis ha-
beat causam meritoriam, 2o utrum
habeat in deo rationem motivam.

Quod autem habeat in nobis cau-
sam meritoriam ostenditur sic.
Primo de reprobatione Ro. ix: sicut illud
Esau odio habui. Glossa: Esau subtra-
citur gratia propter iniquitatem; reprobatio est sed
iniquitatem respicit merita, ergo reprobatio
est ex meritis. Praeterea reprobationi non di-
citur nisi ista tria, scilicet odium aeternum,
obduratio temporalis et damnatio finalis,
sed omnia ista habent in nobis meritum,
quia deus neminem odit nisi propter me-
ritum, nec obdurat nec damnat, ergo etc.
Praeterea voluntate antecedente vult deus omnes
homines salvos fieri; si ergo aliquem
reprobat hoc est voluntate quae ne-
cessitatem cogit de se ad supplicium,
sed voluntas quae est consequens ex
nulla causa, sed non est ex alia causa
quam meriti, ergo etc. Praeterea de praedestina-
tione sic arguitur Augustinus: et angeli
qui praedestinati innatur sancti omnibus,
sed plus valet unicuique fides
sua quam fides aliena, ergo merito
suo et alieno potest quis impetrare
quod sit praedestinatus. Praeterea nullus est prae-
destinatus nisi finaliter in gratia perse-
verans nec econverso, sunt ergo conver-
tibilia, sed aliquis potest mereri fina-
lem perseverantiam, ergo potest mereri
quod sit praedestinatus. Praeterea quod potest in ma-
ius potest in minus vel ~~eque~~ aequale
pari ratione, sed ratio potest mereri aliquem
deum quod est maximum inter omnia,
potest ergo mereri salutem quae est caele-
sti quod est effectus praedestinationis, ergo etc.
Sed gratia omne meritum antecedit;
illud enim est meritum quod disponit
ad illud, sed praedestinatio et reprobatio

precedunt meritum. Ergo non cadunt
sub aliquo merito. Item ordine intentionis
aliquid non est causa eius quod meretur.
Sed praedestinatio et reprobatio sunt aeterna,
merita vero sunt temporalia, ergo temporale
causa aeterni, quod est impossibile. Item
specialiter de praedestinatione videtur. Tit.
iii. non ex operibus iustitiae quae fecimus
nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Et
gratia est effectus praedestinationis, sed post
gratiam accedit omne meritum et est causa
omnis meriti, ergo non cadit sub merito.
Et eo ipso gratia est quod sine meritis datur,
ergo nec praedestinatio. Respondeo ad haec intel-
ligendum notandum quod in praedestinatione
tria intelliguntur: primum est propositum
aeternum, secundum est temporalis gratificatio, tertium
vero aeterna glorificatio. Similiter in reprobatione
intelliguntur tria, scilicet aeternum propositum
et temporalis obduratio et aeterna damnatio.
Quantum ad primum et ultimum simpliciter indi-
cendum. Nam ultima, scilicet poena et gloria,
simpliciter cadunt sub merito. Primum
cum sit propositum aeternum, eo ipso quod
aeternum est increatum, hoc non potest.
Quantum vero ad medium quod est grati-
ficatio et obduratio differunt intelligendum(?).
Nam obduratio simpliciter cadit sub
demerito sive sub malo merito. Grati-
ficatio vero nec simpliciter sub merito
nec simpliciter contra. Est enim meritum
congrui et digni et condigni. Me-
ritum congrui est cum peccator facit
quod in se est et per se. Meritum digni
cum iustus facit pro alio. Meritum con-
digni cum iustus operatur pro seipso. Quod
ad hoc ordinatur gratia quod condigno,
ad gratiam autem alteri promerendam non
omnis quod condigno, quoniam peccator omni
bono est indignus, nec solum quod con-
gruo, quoniam iustus dignus est exaudiri.

Gratificatio ergo sub merito congrui
sed cadit quo ad ipsum gratificandum,
sub merito digni quantum ad alium
bonum scilicet, sub merito condigni quan-
tum ad augmentum. Et hoc proprie loquendo
est meritum. Respondendum ergo ad obiecti-
ones quibus videtur praedestinatio et
reprobatio cadant sub merito, quod simpliciter
loquendo quantum ad principale significatum nec-
tamen cadit sub merito; quantum vero
ad connotatum reprobatio cadit sub
merito simpliciter, praedestinatio vero secundum
quid. Concedende igitur sunt conclu-
dentes praedestinationem non cadit sub
merito simpliciter, quod nec reprobatio. Ad
illud ergo quod primo obicitur de Esau quod Esau
per iustitiam est reprobatus, dicendum quod
ibi accipitur reprobatio pro connotato quod
est obduratio. Ad illud quod obicitur quod
odium aeternum cadit sub merito, dicendum
quod odium aeternum duo dicit et principa-
liter scilicet propositum et connotatum quod meretur
odit Deus quantum ad affectum, sed
solum quantum ad effectum. Et primum non
est quod meritis suis quod peccator si resol-
vatur quod odium est propositum puniendi,
propositum autem nullus meretur
sed poenam. Ad illud quod obicitur quod ne-
minem reprobat nisi voluntate, dicendum
quod voluntas quae non est, consequatur multa mala ratione voluntatis
sed solum ratione voliti. Vult enim
aliquid Deus quod nos meremur, et
ideo quod volitum est connotatum. Patet
ad aliud quod obicitur de praedestinatione
quod iuvatur orationibus sanctorum, dicendum quod in-
telligitur ratione connotati quod est gratia
quam sancti viri pro aliis suis ora-
tionibus impetrant. Nec tamen sequitur
quod homo possit impetrare sibi, quod
ad hoc impetret necesse est quod sit

dignus mereri et hoc non est
nisi per gratiam. Ad id quod obicitur quod ista
est de praedestinatione et in gratia finali
perseverantie dicendum quod non est ita sed con-
vertibile; sed illud non sequitur quod
si aliquis possit mereri unum commu-
nicabilium quod possit et reliquum. Similiter non
sequitur: si aliquid est causa unius
convertibilium quod sit causa alterius,
illud manifestum est. Ad id quod
obicitur quod qui potest in maius potest in
minus, dicendum quod hoc verum est si ita
sit ordinatum ad utrumque; nam si ignis
ordinatur ad maius et non habet
ordinari ad minus, quamvis possit in
maius, non tamen sequitur quod in minus;
similiter in proposito gratia cum ordinatur
ad merendum deum ut glorificatorem,
non ut praedestinatorem; similiter ad gloriam,
non ad primam gratiam.

Secundo queritur utrum praedesti-
natio et reprobatio habeant in deo
rationem necessariam, et quod sic videtur
per canonem Genesis xviii: dixit dominus
Non celare potero ab Abraham quae
gesturus sum, cum futurus sit in
gentem magnam et praecepturus sit domui
sue ut custodiat pactum meum. Dominus
ergo voluit revelare ipsi Abrahe propter
considerationem bonorum futurorum; ergo cum illa
ab eterno providerat, pari ratione praede-
stinat ex praescientia bonorum futurorum.
Item Ambrosius super epistolam ad Ro-
manos: dabo gratiam cui et quem sciero toto
corde ad me per errorem reversurum;
loquitur in persona domini; ergo ratio quare
deus promittit dare gratiam est quia
aliquid futurum providet in homine.
Item ratione ostenditur, quia omnis
voluntas eo ipso quod voluntas est ratio-
nalis; ergo si hoc praedestinans est in vo-
luntate, quod sit ex ratione. Hoc maxime reperitur

in voluntate divina; ergo cum praede-
stinatio dicat divinum propositum et
ex ratione. Item omnis sapiens eligendo
eligit illos in famulos in quibus
videt meliores mores presentes et
similiter quos novit fideliores fuis-
se; et si posset futura cognoscere,
multo fortius eligeret et reprobaret
propter praevisionem futurorum bonorum et
malorum ipsius electorum. Si ergo deus
sapientissime eligens ergo ratione
eligit, sine reprobatione autem accipit a
praevisione sine praescientia. Item nullus
sapiens eligens praeeligit omnino
in distantia imparem si possit ac-
cipere divina equaliter cognita; sed deus
praeponit unum alii in claritate glo-
rie. Item si divinum propositum sive prae-
destinatio solum habet rationem vo-
luntatis dei et non aliam, tunc ergo
videtur tantum in divina voluntate,
si enim vellet omnes salvare omnes
salvarentur, et non est alia ratio nisi
quia non vult; ergo voluntas eius non
est liberalissima nec optima. Item
non erit alia ratio quare volun-
tas; ergo cum deus reprobando prae-
ordinat damnationem, si sine ratione aliqua
sola voluntate vellet damnare
aliquem, ergo videretur crudelissimus et
quod fecisset homines ad supplicium.
Item si sola voluntate praedestinat et
reprobat non praecognita ratione, vi-
detur ergo cum hoc quod sit acceptor per-
sonarum, quod est contra illud quod dicitur
Act. x: In veritate comperi quod non
est acceptor personarum deus. Sed
contra, Exodi xxxiii: Miserebor cui mi-
sereor, et clemens ero super quem
placuerit michi; ergo ratio prima
et potissima dei misericordie et praedesti-

necessarius est dei beneplacitum et voluntatis
Ut Math. xi. dicit Ihesus revelasti ea
parvulis et abscondisti hec a sapien-
tibus. ita pater quoniam sic fuit placitum
ante te. Ergo si filius reddit ex prima
racionem solum divinum beneplacitum
est etc. Ut apostolus Ro. xi. super hanc
conclusionem dicit. numquid non habet figulus
potestatem de eadem massa facere alia
quidem vasa in honorem. alia in con-
tumeliam. Si enim queratur ab arti-
fice quare de una parte masse facit
vasa pulcra. et ex alia vilia nun-
quam sit bona tota massa. non est
alia racio. nisi quia placet. ita eciam bu-
faciet si faceret eius quod dicit etc. Ut Augustinus
de predestinacione sanctorum. Non quia tales
nos futuros sciuit. ideo elegit. sed
ut tales essemus. Ut racione videtur
quia voluntas dei est causa omnium
igitur ibi status est. sed ubi est status
non est ulterius querere racionem ergo etc.
Maior patet ibi status patet. quia eciam status
non pateat querere racionem videtur
quia procedens in infinitum vel termin-
um in infinitum ut disputatur. Si enim omnino
esset idem causa et omnis est racio
saltem ille status videtur et non
queretur. sed non est status nisi
in primo simplici. et ita nulla di-
stancia. ergo nec racio nec quia. Ut
si deus predestinat istum propter presci-
enciam. aut ergo bonorum vel ma-
lorum aut indifferencium non propter pre-
visionem indifferencium et malorum. ergo
propter previsionem bonorum sed multa
bona multa futura sunt misericordia, et
que deus sua voluntate factu-
rus est. ergo previsio est propter voluntatem
et non econverso. Item si quis quereret
cum deus potuerit producere unum

aliud mundum facere hunc. quare
magis istum quam alium produxit.
nulla esset racio. quia hoc solum fuit
quia voluit. ergo pari racione nulla
est causa quare predestinat et reprobat
nisi quia vult. Pro solucione notandum quod sicut que-
ritur utrum causa dei propositum
sive electionis vel reprobacionis racionem
habeat hoc non intelligitur quantum ad
voluntatem divinam. vel eius actum
qui deus est. sed quantum ad ordina-
cionem voliti ad eius voluntatem et si
queratur racio talis vel materia
respondetur quod non. Si autem queratur
racio congruitatis et decencie. respondent
quidam quod ipsa dei voluntas est ipsi
est racio. nec est alia racio. quare
istum elegit nisi quia placet et hoc suf-
ficiens est. pro omnibus modo. quia est
causa certissima et racio omnium et ex
ipso quod placet. ideo rectum est propter
summam ipsius voluntatis rectitudinem.
quia non bonum est recta. sed econverso. Sed
tamen cum est nedum voluntatem
dei magisterialem volunt... vo-
cius scrutemini. Si enim non esset
alia racio quare deus istum elegit
et illum non. nisi quia placet. eciam
tamen. non omnia dicebantur dicuntur
divina iudicia sed manifesta. cum
quilibet hanc racionem capiat nec
dicerentur inuestigabilia. sed potius vo-
luntaria et propter hoc dicendum quod proposi-
tionis id est electionis sicut dicit Augustinus et
habetur in littera et voluntatis illa est ra-
cionabilissima. et racionem habet et sicut
ab eterno fuit. ab eterno racionem habuit
non aliam propter eternitatem. sed propter
eternitatem. Quamvis aliud sit illud.
in electione bonorum vel reprobacione.

nobis non est omnino nota nec
omnino ignota/ propter hoc notandum
quod quedam sunt opera que exeunt
a diuina voluntate cum aliquo aliquo
ordinato ordine necessitatis sine
necessitate in causando sine merito
vel dispositione ut pluere et remu
nerare sine dampnare et saluare
et respectu talium diuina voluntas
habet racionem in generali et speciali. vnde
si queritur quare deus volt pluere
respondetur propter mediam voluntatem. Similiter
si queratur quare volt remunerare
aliquos. respondetur propter suam gloriam
Similiter habet racionem in speciali. ut si
queritur quare volt deus pluere
in yeme non in estate. tunc respondetur
quod vapores aquosi magis in ye
me habundant quam in estate. Similiter
si queratur quare magis volt salua
re petrum quam iudam respondetur quia
iste habuit bona merita ille vero ma
la/ Quedam autem sunt opera que
sunt a diuina voluntate cum alio
ab hoc ordinato ordine congru
itatis sicut est iustificatio vel in
stificatio que est a diuina voluntate
cum cooperatione et preparatione liberi ar
bitrii et hoc quod qui creauit te sine te
non iustificabit te sine te. hoc di
ctum est secundum augustinum. Adiu
tores enim dei sumus. actu dei sine
preparatione et cooperatione iustificat ut
patet de scriptura in petro et ut
dicit de paulo et respectu talium operum
habet racionem voluntas in generali et habet
in speciali sed in generali etiam in speciali
occultam/ Si enim queritur quare
deus volt iustificare respondetur
ad iure sine operibus. Et si queritur
quare non volt omnes homines iu
stificare voluntate beneplaciti dicendum
hoc est propter iusticie sue ensionem
vnde augustinus .xxii. de ci. dei. si rema

nerent omnes in pena non appa
reret misericordia gratie redemptoris.
Rursus si omnes transferentur de tene
bris ad lucem in nullo appareret
seueritas vltionis. in qua propterea
plures quam in illa sunt. ut appa
reret quid omnibus debebatur. Si
queratur in speciali quare magis volt
iustificare unum quam aliud duobus
pluribus denuntiatis. quod multe sunt
esse raciones congruencie ideo non est
dicendo a parte rei. et ideo cum cognitio
nostra pendeat a diuidine rei nullo
etiam potest inuenire racionem nisi ha
beat per reuelacionem illius cum dubia
sunt certa. et quod non sunt nobis
expediens ad salutem. ista cognitio
sed vtilior sunt nescientia propter
humilitatem. ideo deus noluit reuelare
et apostolus non sunt ausus inquirere
sed dixit tantum non intellige
re. cum exclamat. xi. ad ro. O al
titudo diuiciarum sapiencie et scientie dei
quam inconprehensibilia sunt iudicia
eius et inuestigabiles vie/ Ad illud
ergo quod queritur utrum predestinatio ha
beat racionem dicendum quod habet in generali
similiter in speciali et hec racio nota est
diuine scientie non nobis racione predicta
Ad id quod obicitur de sacra scriptura
quod assignat beneplacitum pro racione
dicendum quod quamuis assignet pro racione
et aliam non exprimat non est con
cludendum quod non sit alia. quod non
sunt omnia scripta sed nobis vtilia
vtile autem sunt scire quod diuina be
neplacitum est causa et racio. ut discer
namus eum timere et nichil meritorum
nobis attribuere/ Ad id quod obicitur
quod non elegit quod [illegible] tales. dicendum
quod augustinus negat secundum quod hoc quod
est quod dicitur. aliud non secundum quod dicit
racionem. quod quamuis diuina voluntas
possit habere racionem quod opera de

cognoscunt operari tamen non sic
causam sine rationem causalem
quam sit causa causari et respectu
voluntatis quod quidem est quod mensura dei
libertatis imponere est gratia
insufficienter imprimum. et per hoc patet
sapiens de statim. Ad illud quod
arguitur quod est contra principium, dicendum
quod potest esse quod est principium bonorum
ut Augustinus in sua [illegible] quod est
tamen principium determinare non scio
nec volo quaerere, nec est eo ut co-
gnoscantur, unde et alia potest esse quia
hoc. Ad illud quod obicitur de indi-
gnatione dicendum quod non est simile, quia
indignatio a divina voluntate et
beneplacitum est tamquam a tota causa et
rationis per alium non presupponit
aliquid. Rationes vero ad oppositum
probant quod divina voluntas rationabiliter
facit et quod est rationem cognoscentes
rationem voluntatis et quod hoc verum est,
ideo concedende sunt quamvis aliqua
earum possit habere calumpniam tamen
conclusio philosophi non habet calumpniam.
Nam Augustinus dicit in libro retractationum
super omnes retractationes quod proponit
et eligit et replicat veritate certissima
et a meis [illegible] remotissima. ideo
nullus debet rationem inquirere, quia
in hac vita non possumus pervenire
et ideo nec intelligere. insuffi-
ciencia ipsius de predestinatione condem-
dendus est. ut observat omnis eo
et subditus fiat omnis modus deo
cuius iudicia non sunt scrutabilia
sed formidolose plenarie venerandum.

Consequenter quantum ad 2m ar-
ticulum quaeritur 2o de immuta-
bilitate divine cognitionis. et circa hoc
quaeruntur duo. primo quod dubium hic
per comparationem ad complexa. quaeritur
utrum deus cognoscat res per modum
complexionis. 2o quaeritur utrum enun-
ciabilia sive quod deus semel cogno-
scit semper cognoscit. quod autem cogno-
scat deus per modum complexionis o-
stenditur sic: eandem rem quam cogno-
scit ipse cognoscit intellectus. sed ipse
per modum incomplexionis intellectus vero
per modum complexionis. sed intellectus est
potentior in cognoscendo quam ipse intellectus
ergo cognoscit per modum complexionis
est potentie. sed omne tale est deo attri-
buendum. ergo etc. Respondeo dicendum: sicut
res per vocem incomplexam quantum
ad esse simplex per orationem sive com-
plexionem quantum ad esse tale ut sic com-
plexionem. sed deus non tantum cognoscit rem ip-
sam quantum ad esse simplex sed etiam quantum
ad esse sic vel tale. ergo cognoscit
sub complexionem. Et ordo unius rei
ad alteram qui coniungitur in re fit
compositionem in cognitione vel sermone
complexionibus. sed deus non tantum intelligit
in se rem ipsam sed etiam in ordine
ad rem aliam cui unitur. ergo non
solum per modum simplicem. sed nos duplex
et intelligimus rem et per modum comple-
xionis. ergo deus hoc modo intelligit.
Sed contra Dionysius de divinis nominibus: cognoscit
deus omnia immaterialiter materialia, incorpo-
raliter corporea, uniformiter multa, immuta-
biliter mutabilia. sic ergo corporea cogno-
scit incorporaliter. ergo composita per modum
simplicem. sed modus simplicitatis et com-
plexionis opponuntur. ergo non cognoscit per
modum complexionis. Respondeo cum intellectus
cognoscit per modum complexionis aut mo-
dus ille est in re aut in intellectu.
non in re quia cum ipse apprehendat
eandem rem apprehendere eam per mo-
dum complexionis. ergo est in intellectu.

sed omnis talis intellectus in quo
est complexio realiter est complexus et
compositus, sed divinus intellectus non
est huiusmodi, ergo etc. Item si cognosceret res
per modum complexionis cum modus divine
cognitionis sit ei eternus, ab eterno
cognovit per modum complexionis, ergo com-
plexiones fuerunt ab eterno; sed multa in-
tellexit, ergo multe complexiones sunt
ab eterno, ergo vere vel false; si vere ergo
plura sunt vera ab eterno, si false
ergo plura sunt falsa ab eterno. Item
si cognosceret per modum complexionis eas-
dem res ut vere significabuntur sub
ratione futuritionis et sub ratione pre-
teritionis et sub ratione presencialitatis,
ergo hiis omnibus modis cognosceret deus.
Sed cum omnia cognoscat ut presencia-
liter, ut patet ii Petri ult.: unus dies apud
deum sicut mille anni etc., ergo non
cognoscit hiis omnibus modis. Respon-
deo quod cognoscere res per modum com-
plexionis potest intelligi dupliciter: aut
cum modus complexionis cadit circa
rem, et est sensus: deus cognoscit res
existere vel se habere ut modus comple-
xionis, et hoc est verum; cognoscit
enim res esse sicut sunt aliquando ut
modus complexionis cadit circa rem
ut est expressa per intellectum nostrum; et
tunc est sensus quod deus cognoscit res
non tantum ut sunt, sed etiam ut intellectus
exprimit: cognoscit enim res et voces sive
intellectus illas significantes, et hoc est
verum. Alio modo potest intelligi ut mo-
dus complexionis cadit circa intellectum
divinum, et hoc modo falsum est; hoc enim
spectat ad intellectum qui intelligit
multa et per multa quem oportet comple-
cti. Deus autem multa intelligit u-
no et ita simplici modo nec ma-
gis est simplex intellectus eius in-
telligendo unum quam multa. Unde
intelligere multa per modum complexionis
nec est omnino virtutis nec omnino im-

perfectionis, et ideo non ponitur nec
in cognitione infima ut sensitiva
nec in cognitione suprema ut in
divina, et fortassis non etiam est in cogni-
tione suprema ipsius anime que dicitur
intellectiva prout est in suo summo:
cognoscit enim per modum simplicis aspe-
ctus. Rationes probantes quod cogno-
scit per modum complexionis procedunt
secundum primam et secundam viam, ideo non
concludunt secundum primum ad quod iam solu-
tum est. Ad aliud quod obicitur quod com-
plexio venit ab intellectu, dicendum quod
complexio dupliciter potest comparari ad intel-
lectum: aut sicut ad causam, aut sicut
ad subiectum; sicut ad subiectum in quo est
quod informat et denominat, sic com-
paratur ad intellectum humanum a quo
est complexio qui etiam complectitur; sicut
ad causam sic comparatur ad intellec-
tum divinum; nam intellectus divinus co-
gnoscit complexionem non tamen sic, sed intellectus hu-
manus intelligit quam complexio, ideo est
ab intellectu nostro nisi cooperante
divino in intelligendo. Ad 3m quod di-
citur quod si cognoscit res per modum
complexionis quia tunc complexiones sunt
eterne, dicendum quod quod primo vel 2o sensu
non sequitur quod complexiones sunt eterne
quia non est complexio circa deum; sed licet
dicatur quod veritas significata per aliquam
complexionem est eterna, sicut veritas hominem
[illegible] esse futurum, cum ipsa et complexio
est ab intellectu nostro instituente il-
lam veritatem eternam. Unde sicut vox
temporalis significat rem eternam ut hoc nomen
deus, non tamen sequitur quod sit eterna,
sic multa enunciabilia significant ve-
ritatem eternam, nec tamen sunt eterna.
Ad 4m quod obicitur quod tunc cognoscit
sub ratione futuritionis et preteritionis,
dicendum sicut tactum est quod modus divine
cognitionis potest accipi secundum se vel a par-
te cogniti; si a parte cogniti sic dicendum

quod omnino cognoscit rem esse sicut est
et ita immutabiliter esse. Et ita composito
de quo est sic est. Et de omnibus. Et
cognoscit rem praeteritam esse praeteritam et futu-
ram esse futuram et non praeteritam esse futu-
ram sicut accipi a parte sua. Et cum
cognitio dei sit omnino simplex omne
quod omnia cognoscit per modum simplicitatis
et per modum pluralitatis. Unde quod dicit
omnia sunt praesentia apud deum. hoc
verum est quantum ad cognitionem in qua
nulla cadit successio nec nomi-
nis nec verbi nec praeteriti nec futuri
In actu autem cognitionis angelicae et
humanae cadit successio et ideo cadit
praeteritum et futurum. Et propterea non ita di-
cuntur omnia praesentia ad cognitionem
sicut dei et hoc dicit manifeste quod
nunc aeternitatis quod est semper praesens
complectitur omnia tempora et ideo patet
quomodo sit intelligendum

Secundo quaeritur utrum immuta-
bilia sint complexa quae deus
semel cognoscit vel scivit. Et quod sic
videtur quod deus non cognoscit immuta-
bile nisi ratione veritatis sed veritas
immutabilis quae semel fuit semper fuit
et est et erit. ergo immutabile quod semel
cognoscit semper cognoscit. probatio mediae
omnis veritas complexi fundatur
super rem incomplexam sed eadem
res primo est futura postea praesens deinde
praeterita et una et eadem. ergo una et eadem
veritas est in ea [illegible] has omnes mo-
dos. sed haec est quod sit semper sub ali-
quo horum modorum. ergo etc. Contra hoc ipsum
videtur alia ratione quod quicumque scit
deus scit immutabiliter aliquid cum
scire deus scit suum esse si immuta-
retur suum scire et esse quod impossibile
est omne quod est immutabilitatem
est sempiternitatem quod si desinit im-
mutabile ergo quod deus semel cognoscit
semper cognoscit. Contra quod scriptum
est in illo libro deleri non potest. sed deus
cognoscit non aspiciendo quia sed legen-
do in libro suo praescientiae ergo quod semel cogno-
scit semper cognoscit. Contra patet quia
super illud Exodi xxxii aut dele me
de libro tuo etc. glossa secundum hoc
dicit quod non delebitur et idem dicit
super Psalmum. Contra quod desinit vel potuit
aliquando desinere de veritate perdetur
ab illo. ergo quando cum enuntiabile desinit esse
verum tamen deus non desinit illud
scire et si hoc. ergo quod semel scit et
semper. Sed contra sicut praescire se habet
respectu futuri ut futurum est sic scire
respectu veri. si enim actus sciendi ac-
tu est similiter. sed sicut dicit magister deus
desinit praescire rem ad recessum de futuro
sit praeteritum. ergo similiter desinit scire cum
de vero fit falsum. Item sunt duae
[illegible] respiciunt veritatem ita ve-
sic veritatem. sed deus desinit hominis
tionem ostenditur sic partes integrantes
mundum sunt finite bonitatis et in-
tensive et extensive. sed omni finito
potest aliquid maius et melius cogitari. sed
deus potest plus facere quam homo pos-
sit intelligere. ergo etc. Si tu dicas quod
mundus non potuit amplius capere hoc
non solvit quia deus facit capacita-
tem ergo maiorem potuit capacitatem
dare cum eius potentia sit infinita. Item
suprema creatura in universo est fini-
ta ergo distat a deo in infinitum
sed in distantia infinita est ponere

gradus infinitos ergo ultra bonitatem
cuiuslibet est intelligere creaturas
gradus bonitatis habentes et quibus
potuit decorari mundus ergo etc. Item
constat quod deus potuit facere mundum
ex partibus maioribus mole ut ce-
lum amplius sine locus et tamen
locatum ergo si potuit facere maius
mole. eadem ratione et maius virtute
et si hoc ergo simpliciter melius. Item
materia se totam capax est forme
nobilissime ut patet. Si ergo deus
dare potuit quod non est materia potuit capere
ergo potuit dare toti materie. et in di-
versis partibus perfectionem forme no-
bilissime ut puta rationalis anime ergo
potuit facere mundum qui constaret ex
solis substantiis rationalibus et si hoc
tunc mundus haberet omnes partes suas
secundum meliores ergo etc. Item Anselmus
in li. de li. ar. quicquid in vera ra-
tione melius tibi occurrerit scias
deum fecisse deum tamen bonorum omnium
conditorem non esse ante quod ratio
tua cogitans non potest. reperiri tamen
potes aliquid melius in creatura
cogitare quam creature artifex perfecit
ergo non est aliqua creatura nobilior co-
gitari que non sit de constructione mundi.
Item Augustinus xi confessionum domine fecisti
duo unum prope te aliud prope nichil
scilicet angelicam creaturam et materiam pri-
mam. sed non potest maior ambitus
cogitari quam a propinquitate dei ad
nichil. ergo non potuit fieri mundus
qui natus esset amplecti plures
naturas rerum. ergo non potuit mundus
fieri melior quantum ad capacitatem
sed consistit capacitatis illam non
esse vacuam quantum ad aliquid par-
tium. alioquin vero mundus perfectus
esset nec omnia sunt perfectum

dici posset quia nec iste plus recipe-
re nec alius capacior potuit fieri. Et
materia prima est creata in summo gradu
possibilitatis et imperfecta obedientia re-
spectu creatoris. Ergo si capacitas ipsius in-
tenditur secundum suam possibilitatem
et obedientiam quam habuit ad deum
et in summa possibilitate et in summa
obedientia est creata, ergo creatura quantum
ad capacitatem non potuit fieri me-
lior. Si ergo dedit deus omnino
quantum capax erat, ergo nullo modo po-
tuit fieri melior. Item quantumcumque
creatura fiat bona necesse est aliquem
ponere statum ita quod creatura nullo modo
possit fieri melior in nullo dero-
gando divine potentie sed quia ratione
statur in aliqua specie creature specia-
lis, nulla igitur creatura vel species
potest illa fieri nobilior et si optimum
in genere est melius optimo in
alio et simpliciter hoc illo melius.
Ergo si optimum in omni genere est optimum
omnis creature que posset esse crea-
tura et simpliciter mundus iste est
ita bonus quod eo non potest fieri melior
Item quantumcumque creatura fiat bona ne-
cesse est aliquem ponere statum ita
quod creatura nullo modo possit meli-
or in nullo derogando divine potentie
sed quia ratione statur in aliqua specie
creature specialis, nulla igitur crea-
tura vel species potest illa fieri nobi-
lior et si optimum in genere est me-
lius optimo in alio et simpliciter
hoc illo melius. Ergo si optimum
in universo est optimum omnis creature
que posset esse creatura et simpliciter
mundus iste est ita bonus quod eo non
potest fieri melior. Propter quod dicendum quod exces-
sus bonitatis specialis in rebus potest
attendi dupliciter aut quantum ad spe-
ciem vel nobilitatem et gradus et sic

dicitur quod species hominis melior est
et nobilior specie asini. Aut quantum
ad esse prout consequitur additionem sive
augmentum. Sic dicitur quod marca auri
melior est uncia, non quia nobi-
liorem habet formam vel essentiam
sed quia plus habet de auri substan-
cia et per hoc de bonitate et valore. Dicendum
ergo primo quod deus potuit mundum
facere meliorem quantum ad secundam proportionem.
Si tamen intelligas de excessu quantum
ad primum modum quod mundus constaret ex
melioribus et nobilioribus creaturis
dico quod iste mundus qui est nunc non
potuit fieri melior quia non esset iste
sed alius. Sic si iste qui factus est
homo fuisset factus asinus non esset
ille qui est, quia tamen posse eius
arctatum non est nec limitatum non
in deo quare non potuisset mundum
facere meliorem hoc genere melioritatis.
Si autem intelligas quantum ad secundum
modum sic dico quod non solum alium
verum etiam hunc potuit facere me-
liorem sic et maiorem. Si fecisset
non esset alius sic posset facere quod iste
puer esset ita magnus ut gygas
et plus haberet de substantia et virtute.
et tamen non esset alius quam est. Con-
cedo ergo rationes probantes quod deus
simpliciter potuit aliud mundum quantum
ad secundam proportionem fecisse meliorem.
et etiam hunc quantum ad magnitudinem
corporis et virtutem non tamen quantum
ad creaturarum nobilitatem maiorem.
et hoc vult augustinus dicere in premissa
auctoritate de li. ar. quod nulla essentia
nobilior potest cogitari esse in hoc
mundo rationabiliter que non sit ibi
nam si cogitas meliorem esse perfectionis
vult secundum bonum aut secundum totum eam
non istum mundum cogitas sed aliud.

Si sim[pliciter] p[ar]tem. tunc g[ratia] tollis ordinem
et p[er]fectionem de hoc mundo ut si cogi
tas q[uod] deus fecisset lunam ita lumino
sam ut est sol vel talem sicut celum
n[on] convenienter cogitas q[uia] p[ro]ximus con
s[ider]ans n[on] cum essent omnia si essent
equalia et hoc est q[uod] dicit Aug[ustinus] in
li. de li. ar. n[on] est vera r[ati]o s[ed] in
vida infirmitas cum aliquid melius
faciend[um] fuisse cogitaveris iam nil
aliud inferius fieri velle tamq[uam] si
p[er]fecto celo nolles t[er]ram factam et ve
[ro] omnino inique cogitaveris. et patet
ultimo dicend[um] ad p[ri]mam p[ar]tem et soph[ism]a
sicud p[ro]ces q[uod] hoc q[uod] non competebat
universo ut una s[e]c[un]d[u]m se totam p[er]fecta
esset forma nobilissima / ad illud
quod obicitur in contrarium p[er] auctoritatem
Aug[ustini] de li. ar. iam patet responsio q[uia]
intelligit de hoc mundo et de me
lioritate s[ecundu]m ordinem ut p[atet] ex textu
ad i[llu]d quod obicitur q[uod] summa distan
cia est in universo dicendum q[uod] p[ro]pe deum
p[ot]est dupliciter intelligi s[cilicet] q[uan]tum ad imme
diatam receptionem et inclusionem in de
um aut q[uan]tum ad summam unitio
nem et assimilationem p[ri]mo modo est na
turalia p[ro]pe deum simpliciter secundo
sed 2° modo n[on] nisi in comparatione
quia magis est dissimilis p[er] solis
ipsius defectus q[uod] exprimit i[n] similis
dicitur distat. et ideo maior p[ro]
pinquitas est nobis cogitabilis et deo
possibilis q[uam] prius nunc non possit
ad i[llu]d quod obicitur q[uod] n[on] est creatura
in omnimoda possibilitate dicendum q[uod]
possibilitas obesse deus in nulla crea
tura completur totaliter q[uia] hoc est
s[ecundu]m omnimoda nunquam creaturis s[ed] co
plet capacitatem et possibilitatem
ut disponitur p[er] agentis disponere
et sic deus complet materiam

quia eius capacitate debitis di
spositionibus limitantur, et illis for
mas completivas et p[er]fectivas ad
miserit ita q[uod] nichil ... sit inco
pletum. Similiter p[ro]batum audacter di
cere q[uod] deus nobilius disponere
et nobilioribus formis ponere poss[et]
s[ecundu]m sue sapie[ntie] et po[tentie] infinitatem. q[uod]
g[ratia] dicitur dedit unicuique bonitatis
q[uan]tum erat capax. hoc intelligitur
de capacitate non s[ecundu]m dicit congru
am possibilitatem et obedientiam re
ceptivam s[ed] s[ecundu]m omnem hoc dicit di
spositionem et exigenciam et hanc constans
est deum potuisse maiorem facere
ad i[llu]d q[uo]d obicitur q[uod] in creaturis non
est status dicendum q[uod] sic nisi semper li
cet in actu tamen nunquam est dare
s[ecundu]m p[ro]ximum aliquem ultra quem divina
p[otenti]a n[on] possit se extendere / sicut in
telligendum est in magnitudine melius et
bonitatis q[uod] quantitatis sit in creaturis
status est semper q[uia] finita et deus
agit amplius s[ed] q[uia] possit am
plius nunquam est dare ut credo et
ideo si aliud mundum meliorem hoc fe
cisset adhuc erit ultra querere quare
non fecit meliorem cum possit
et p[ro]cedendo ultius et ideo talis
questio est irrationabilis et solucio non
p[ot]est dari nisi hoc q[uia] voluit et
r[ati]onem ipse novit actam si non
fecit nemo p[ot]est arguere q[uia] hoc totum
n[on] fecit p[ro]ut gratia nec aliqua talis
exigencia r[ati]one cuius possit poni
in eo fuisse invidia

Secundo queritur utrum mundus
potuit fieri melior quantum
ad p[ri]mum integrantium perfectiones,
et q[uod] sic videtur ysa[ie] xxx. Erit lux
lune sicut lux solis. et lux solis

sicut lux septem dierum. Hoc autem
ergo potest esse. ergo deus potuit condere
et ita de aliis corporibus et si hoc, etiam
potuit res meliores ergo etc. / Item Augustinus
super Genesim xi ad litteram et magister adducit
hanc auctoritatem potuit namque deus
talem facere hominem qui nec peccare
vellet nec posset et si talem fe-
cisset quis dubitat eum meliorem
fuisse ergo etc. / Item melior est perfectus
incorruptibilis et quietus quam corrupti-
bilis et motus sed omnia que fecit
deus aut fecit corruptibilia aut a-
liquo modo mutabilia, ergo omnia po-
tuit facere meliora / Item si non potue-
runt creature fieri meliores. hoc
fuit aut quia deus non potuit fa-
cere plus, aut quia creature non potu-
erunt plus capere. sed quia deus
non potuit plus dare ergo divina
potentia est limitata. si quia creature
non poterant amplius capere / Con-
tra cuius totum dic creaturas melio-
rari et deteriorari salva sua ca-
pacitate ergo etc. / Item optimi est
optima adducere sic dicit dyonisius
sed optimo non potest esse melius ergo
si deus cum sit optimus adduxit
res optime patet etc. / Item plato ad-
dit rationem potero quia optimus est ab
optimo non omnis invidia relega-
ta erat. et ideo dedit unicuique crea-
ture tantum de bonitate quantum potuit ca-
pere si in dividis quam plurimis debitum
non valet quia invidia est referri in-
felicis. Item Augustinus super Genesim ad
litteram. si bona facere non posset,
nullus erat potentia si posset et nol-
let magna erat invidentia. ergo
pari ratione si posset facere meliora
et nollet esset invidus / Item ratione
videtur quia omne agens quod tota
sua substantia facit rem optimo modo
quo potest fieri. si potentiam eius nichil
omnino impedit. sed deus est agens
in omni sua actione et potentia eius
nullam est indigens nec resiste-
ntiam, ergo quicquid facit ita bonum
facit quod nullo modo fieri melius / Item
hoc est verum per se bonum diffusivum
sui. ergo magis bonum magis diffu-
sivum, et maxime bonum maxime diffu-
sivum. sed deus est agens maxime
bonitatis, ergo maxime se diffundit.
ergo videtur quod unumquodque optime fecit
et quantum ad formam et quantum ad perfec-
tiones / Responsio dicendum quod cum queritur de
melioritate rerum universi. sic queri
quantum ad duplex genus rerum aut
quantum ad res permanentes sicut
natura intellectualis et corporalis cele-
stis et elementaris aut quantum ad res
transeuntes sicut hic homo et hic equus.
Si quantum ad res transeuntes, sic
sine dubitatione concedendum quod possunt
in pluribus et quantum ad proprietates fieri
meliores quia non sunt de substantia
universi nec sunt a solo deo nec
a deo simul operante cum agente
particulari quod impedit et defi-
cit. Si autem intelligamus de rebus
que sunt de constitutione et inte-
gritate mundi et immediate sunt a
deo quamvis condita sunt potuerunt
fieri meliora quantum ad proprietates
distinguendum est, quia aut loquimur
de ipsis absolute aut de ipsis in
relatione ad finem. Si de ipsis absolute
patet quod meliores conditiones pote-
runt habere, si de ipsis in relatione
ad ordinem ad finem optimas ha-
buerunt proprietates unde patet quod sicut
dicit Augustinus meliores iudicamus

deus homines, sicut liberaliter deser-
uiunt, similiter melius fuit quod omnes
homines essent ex uno et ita quod ha-
beret corpus animale et secundum exigen-
tiam eius nate sunt alias creature
corporales quo dispositum in motu et cor-
ruptione. Ex quibus patent ad omnes multi-
tudinem ad summam partem pertinentes de crea-
turibus secundum sapientem condita. Ad il-
lud quod obicitur in generaliter de diversis dicendum
quod illud intelligitur secundum ordinem sapi-
entiam patebit. Ad illud quod obicitur
de platone dicendum quod non habet veritatem
nisi intelligatur salvo ordine universi
et hoc convenit ad bonitatem universa-
lem considerata dispositione in mundo nec so-
lum est mala sed sola persuasio in simpli-
citer homine quia per alia bis facere
et non facit quod hoc indicat voluntatem
et frequenter diminutionem aliorum et q
tacet invidia est. Facere sic deus ta-
lens invidia facit et intelligimus
dominum augustinum. Ad illud quod obicitur quod a-
gens ex tota potentia producit optime
dicendum quod agens ex potentia tota quandam agit
secundum impetum, quandam secundum artem et sa-
pientiam. Et qui secundum impetum agit sa-
tis quanto melius est, qui agit secundum ar-
tem et sapientiam agit quantum vult et
quantum convenit salvo ordine quem sapi-
entis est ordinare. Ideo quandam facit
bona quandam meliora quandam optima.
Et patet quod illud non sequitur. Ad illud
quod obicitur quod bonum summum summe se
diffundit dicendum quod hoc verum est de
diffusione naturali de voluntaria sive
opposito non est verum, sive non est
diffusio in potentie perfectionat, secundo non
in perfectione creaturarum

Ergo queritur utrum deus potuit
mundum facere meliorem quam

ordinem partium et quod non primo vide-
antur genesis i: vidit deus cuncta que
fecerat et erant valde bona. Glossa
augustini: singula quidem bona in se, sed
in universo optima, sed optima melius
est melius. Ergo etc. Item augustinus dicit quod
sicut alius modus liberationis
esset deo possibilis nullus fuit nostre
miserie sanande convenientior sed sic
deus fuit sapientissimus redemptor, ita
et sapientissimus conditor. Ergo si ordina-
tissime redemit ita quod nullus modus
melior nec convenientior esse potuit,
ergo simpliciter se habuit in faciendo res etc.
patet etc. Item si consideremus ordinem ele-
mentorum in mundo constat ea esse or-
dinata optime, unde patet non congruat
quod illa quatuor corpora ordinentur me-
lius sive secundum qualitates sive secundum for-
mas nobiles, sive secundum proportiones
immutabiles se ligantur viii et xxvii
qui sunt primi duo numeri solidi qua-
drati ligantur per duos medios scilicet
xii et xviii. Ergo etc. Item sapientis est or-
dinare, ergo sapientis summe summe opti-
me ordinare, ergo deus res ita bene
ordinavit quod nullus potuit ordinare
melius. Sed contra ordo ille est bo-
nitatis finite, ergo si sapientia dei est in-
finita et infinitum excedit finitum, ergo
deus potuit melius ordinare sed quantum
potuit potuit ergo etc. Item melior
est et nobilior ordo in quo nulla in-
ordinatio cadit quam in quo cadit sed
in universo cernimus multe inordinationes
et defectus. Ergo alius ordo potuit
fieri melior. Item bonitas ordinis pen-
det ex bonitate rerum sive respectiva
ab absoluto sed res quantum ad absoluta
non sunt optime ergo nec in ordine.
Item quod perfectius est sunt melius coor-
dinatum ergo si omnia sunt optime or-
dinata omnia sunt equaliter ...

sim ergo omnia participant bonitatem
quod absurdum est. Preterea dicendum quod duplex or-
do reperitur in toto, et est ordo partium in fi-
nem. primus ordo respicit sapientiam,
secundus ordo respicit bonitatem. et isti
duo ordines ita connexi sunt quod unus
alium consequitur. et ordo partium in uni-
verso est propter ordinationem ad finem.
si ergo loquamur de ordine partium uni-
versi aut hoc est quantum ad partes
primas et essentiales et sic absolute
optime sunt ordinate ita quod me-
lius ordinari non potuerunt quia in
eis consistit ordo essentialis et pulcherrimus
universi simpliciter vel quantum ad partes
complementales et remotas et hoc duplex
aut absolute et sic non si potuit
melius ordinari et aliqua erant
melius ordinata. aut simpliciter
et in relatione ad finem et sunt res
optime ordinate in universo secundum quod
convenit ordinem in fine. aliter opti-
me ordinate sunt res in finem
alio ordine universi. quia universum
est tanquam pulcherrimum carmen quod
decurrit secundum optimas consonancias
aliis partibus succedentibus aliis que pro-
cesserunt res perfecte ordinentur in fine
unde sicut in creatione rerum manife-
statur potentia sed in reparatione finem
ordine ad quod eius ostenditur summa
potentia quia ex nichilo sit ordo rerum in u-
niverso in se ostendit sapientiam et ordo
ad finem bonitatem sed in reparatione
rerum ad aliquem ostenditur summa sa-
piencia et summa bonitas quia non
potest huius ordinis determinare sed
melius infra patebit. Secundum
quod sunt rationes probantes quod res
sunt optime ordinate quia respi-
ciunt utrumque ordinem. ad illud
quod obicitur quod sapientia est infinita
dicendum quod quamvis sapientia sit infinita tamen
res non sunt capaces nisi ordinis
finiti. et ipsa sapientia summa summum
dat ordinem quem habere potest. ad id
quod obicitur quod cadit in ordinatione dicendum
quod si respiciamus hos ordines scilicet ad fi-
nem in universo ita se ad invicem
compleverunt quod non potest ibi esse inordi-
natio. ad illud quod obicitur de dif-
ficultate dicendum quod hoc est verum secundum [illegible]
am ordinationem secundum quem decursum uni-
versi. verum est quod res sit prius longe
a fine et post appropinquet. ad id quod
obicitur quod ordo pendet ex partibus dicendum
quod sicut aliqua contingencia in se ha-
bent esse absolutum quod secundum ordinem
nunquam sic etiam in proposito intelligendum
quod quamvis aliquid non sit optimum in se
tamen optime ordinatur et exemplum huius
patet in partibus corporis et in re arti-
ficiali in qua est consonancia et ar-
monia sicut in cithara quamvis enim no-
bilior sit situs oculi quam pedis ta-
men si respiciamus utrumque secundum suum officium
tam oculus quam pes optime situati
sunt in toto. ita quod nec oculus me-
lius pede nec econverso. et ideo dicit Augustinus
super Genesim quod sicut angelus optime in
celo ita vermis optime in li-
mo sic in terra et similiter apparet in
cithara. quia cum corde tendantur ita pro-
portionaliter quod si aliqua tenderetur in-
tensius ei melior sonus nunquam rema-
neret consonancia similiter [illegible] partes
ordinate ad faciendum consonanciam. ita quod
ex illis dicitur impossibile est fieri
consonanciam melius ordinatam sic in pro-
posito intelligentium

Partis quinterne utrum potuit fa-
cere mundum antiquiorem et quod
sic videtur. ii. petri ultimo mille anni a-
pud deum sicut una dies. et in psalmo
mille anni ante oculos tuos tamquam
dies hesterna que preterit. pari ratione
c. m. annorum. ergo si potuit facere
mundum ante diem hesternam potuit

p. e. q. amnorum aliquid et si hoc erit
antiquior ergo etc. / Item diuina potentia et opera-
tio non dependet nec a loco nec a
tempore ergo qua ratione fit in uno istan-
ti potest in alio. Sed qua ratione in po-
sterior eadem ratione in priori et si hoc
mundus potuit fieri antiquior ergo etc.
Item diuina essentia et potentia fuit an-
tequam primum aut ergo fuit potens pro-
ducere ante aut non. Si non. ergo
erat impotens. si sic ergo potuit fac-
ere mundum antequam fecit / Item ergo quero
utrum potuit facere post. si sic. sed non
est ratio maior ex parte post quam
ex parte ante ergo pari ratione potuit face-
re ante. aut si non potuit post nec
ante. et ita necessario fuit tunc
ergo uidetur quod compulsus et non volun-
tarie mundum fecit tunc / Sed contra
ante primum tempus nichil erat nisi eter-
nitas. ergo si potuit mundum facere
ante principium temporis potuit facere
in eternitate. sed quod habet esse in eter-
nitate caret principio et nichil ille
potest esse creatum quam nichilo ergo etc. / Item
si potuit facere ante ponatur. similiter
ergo quero utrum ante eternum in in-
finitum. sed infinitum aparte ante est
eternum. ergo si potuit in infinitum an-
te facere potuit coeternum ab eterno. Si igitur
non potuit mundum facere eternum quia
non esset factus nec antiquiore / Item
necesse est mundum habere finitam duratio-
nem aparte ante. sed in omni fini-
to necesse est ad stare ultra quod non
potest fieri processus. sed qua ratione stat
in aliquo instanti finito stabit
in illo in quo creatus est mundus
ergo etc. / Item principium temporis antiquitatis
non potest aliquid fieri uel cogitari
antiquius sed tempus uel eternitas quod in-
cepit cum mundo est totius antiquitatis

principium ergo et non potuit aliquid
esse antiquius / Respondeo dicendum quod cum
queritur utrum deus potuit facere
mundum antiquiorem potest intelligi
dupliciter. aut quod prius recedit ab eterno
cum processit cum tempore et tunc esset
antiquior aut ita quod mundus duraret
per tempus longius quam fuerit primum re-
spondeo impossibile simpliciter quia implicat
in se contradictionem quia hoc esset quod posset
habere principium et hoc aut quod posset
eternus. posset non habere principium
Unde idem est querere utrum deus
potuit ante mundum facere quod mundus
fuit prius non habet principium
et si hoc includit contradictionis rationem
patet similiter quantum ad secundum sensum uidetur
aliquibus impossibile quod implicat in se
oppositionem quia anterioritas sine an-
tiquitas incipit simul cum tempore nam
in eternitate non est ante et post et
prius incipit de natura simul cum
mundo. sicut situs incipit simul cum
loco et locus cum orbe primo / Unde
sicut si quereretur primo. utrum primus
orbis potuit fieri altior ultra esset
in mundo quo primo implicat contradi-
ctionem. scilicet extra omnem locum esse locum
et uenit quod solum imaginatione quia ima-
ginatur totum mundum esse in locali
spacio sicut imaginatur etiam totum
mare aquam. similiter intelligendum in
proposito quod est implicatio contradictionis
et uenit quod solum imaginatione quia ima-
ginatur ante principium mundi fuisse du-
rationem temporis in qua mundus potu-
isset ante fieri / Unde sicut si que-
reretur utrum totus mundus potuisset
fieri extra totum mundum uel supra uel
infra stulta est questio et impliciolus oppositio

et removens quod mala ymaginatione
per hunc mundum videret. Si queratur
utrum mundus potuit fieri ante vel
antiquior, videtur dicunt quod si aliquid
precessisset aliud mensurans realiter
potuisset utique ante fieri. Similiter si
locus esse extra potuisset aliter fieri
Propterea aut istiusmodi male ymaginationis
est. Cum non ymaginantur contrarietatem
in conceptu ante tempus fuisse intel-
ligimus tamen quod duratione extra pars
in qua sunt diversa tunc in quo
ymaginatur potuisset fieri prius. Sed hoc
omnino michi est quia contrarius est
tunc simpliciter in qua nulla
cadit diversitas successionis. Quod sic
se habent loco ad hoc dicitur quod sic
non potuit mundum facere in alio
loco quia non est in loco sicut nec
ante quia nulla est antiquitas ut
in eo. Ad id quod obicitur quod apud
deum non est verus aliqua in aliquo
tempore et quod potentia eius non dependet ut
dicunt ad omnia multa ratione
quod quamvis divina virtus ad michi ar-
cetur tamen principaliter non potest facere
sine primo et reale non sine tempore. et
primum reale non potest facere nisi impli-
cetur. et primum tempus non simpliciter implic-
... oppositum cum non dicit potentiam
sed magis contradictionem et repugna-
ntiam nec sic arctatur ad sit faci-
endum quod posset omnino non facere
Unde sic stulta est hec si queratur utrum
potuit facere principium temporis ante
primum temporis similiter et contraria. Sed quia
... videtur dicere quod deus non
potuit facere mundum antiquiorem et
quod aliquem mundum facere potuit et-
iam istud ... dicunt alii quod sic
deus potuit facere mundum ampliorem
ita etiam potuit facere antiquiorem

sine omni distinctione sed tamen illud
non est omnino simile quia deus posset
facere celum amplius et magis di-
stare a terra aliud utrisque manente
sed si deus intelligatur fecisse quod iste
mundus magis distet a principio temporis
intelligitur illud nunc esse aliud quam
etiam si intelligatur mundus fuisse
aliter ... non esset antiquior ...
iste mundus nunc quod tamen distaret quantum
distat a principio et ideo non esset an-
tiquior, et ideo non est simpliciter
negandum nec simpliciter concedendum
sic nec ipse deus potuit facere
mundum alterum. Si tamen intelligas
de hoc absolute ... est sic prima
dicit opinio et non intelligibile et
implicat contradictionem. Si autem intel-
ligas per ymaginationem alterius loci sic
quod deus potuit facere aliud mundum
ampliorem istum in quo situm
posset habere magis altum et simi-
liter intelligendum est antiquitate.
Et ideo si queratur utrum deus po-
tuerit ante facere mundum distinguendum
est sic et hic utrum deus potuit
facere mundum in aliquo alio loco vel
alibi quia adverbialis determinatio potest
capi sub ampliatione verbi vel quod
si sub ampliatione verbi tunc est ve-
ra et est sensus quod deus potuit aliud
locum facere et in illo mundum istum ...
... ponere. potuit enim facere duos
tales mundos et ad hec unum complecten-
tem omnes et unum in loco alterius
quod aliud sic et in tempore intelligendum
est quod deus potuit facere tempus an-
tiquius et in illo facere mundum alio modo
potest capi adverbialis determinatio extra
ampliationem verbi potest et est sensus quod
deus potest facere mundum istum in

alio loco quod est extra mundum et
hic est implicatio falsi quia non est
locus nisi intra mundum et similiter de
tempore intelligendum. Ad 1m ergo quod obicitur
quod ante non erat ita eternitas dicendum quod
verum est sed tamen deus potuit facere
quod ante esset tempus. Ad 2m quod obicitur
de infinito aptitudine ante dicendum quod infinitum
tamen aptitudine ante potest esse appositum sive
actum aut secundum potentiam primo dicit
eternitatem 2o quo habitudine quod eternitas
dicit infinitum actu. Ad 3m quod obicitur
quod non est ponere statum dicendum quod verum
est sed statim potest esse infiniti et licet
in potentia non sit ponere statum tamen quod
actus non consequitur totam potentiam sed
in aliquo statum cum ideo in statu fi-
nito. Sed quare magis in hoc quam
in alio ratio summa et potissima
est voluntas facientis. Ad illud quod
obicitur quod antiquitas cepit cum mundo
dicendum quod verum est sed deus potuit fa-
cere quod antiquior esset ideo non valet
ratio illa. Rationes ad oppositum sunt
concedende concedunt enim secundum primam
viam

Consequenter queritur ad 2m articulum
queritur de immutabilitate divine po-
tentie videlicet quod semel potest semper pos-
sit et quod sic videtur quia omnis potentia
que est idem cum essentia illi idem
posse quod esse et omne illud cuius posse
idem est quod esse si illud esse immutabile
et eternum illud posse sed quod deus scilicet
est semper cum eterna eius esse cum immu-
tabile ergo et quod semel potest semper potest
Item omnis potentia que est infinita et
non potest non esse infinita semper est
regulariter equaliter et si regulariter parvaret esset
aliquid desineret esse infinita et dese-

neret esse omnipotens sed divina potentia
semper est infinita et omnipotens ergo non
possibilium accrescit ei nec decrescit
ergo quod semel potest semper potest. Item omnis
potentia que est omnino sufficiens et non
non dependens a potentia alia quod potest
semper potest si in se ipsa maneat non
mutata sed divina potentia est talis et non
mutatur in se ergo etc. Item aliquid deus
potuit ab eterno potest si nichil de eo factum
est sed nichil potest fieri ab ipso quod non
subiaceat divine virtuti ergo post illud
factum non impeditur quin posset adhuc
ergo potest quicquid potuit. Sed contra si
deus potest semper quicquid potuit facere
sed potuit Christum resuscitare a mortuis
et iudicem creare ergo et modo potest quod
falsum est. Item si quicquid semel potest
semper potuit sed modo potest mundum
creasse ergo ab eterno potuit creasse
Item quicquid potest facere et semper sed ante
mundum potuit facere quod mundus non
fuisset ergo et modo potest facere quod mundus
non fuisset. Item cum potest deus potest
hoc sive potest facere hoc aliquid benedi-
ctum aut connotatum aliquid aut non
si nichil ergo quare non potest dici quod deus
potest malum ut bonum. Si autem aliquid
connotatur hoc non est in possibilitate
ad fieri sed quod factum est ipsum non
est possibilem ad fieri ergo deus non
potest facere quod factum est et prius potuit
ergo non potest quicquid potuit. Responsio ad
hoc est duplex modus respondendi sic
ad sophismata de scilicet processu enim quod
divina potentia secundum ultimum omnino sit
immutabilis secundum primum vel notabiliter con-
cedunt hanc potest quicquid potuit
et concedunt illationem sed potuit Christum

substantie. ergo et modo potest. Respondent
quod non debet inferri sub illo ter-
mino sed sub alio. ergo et post ypostasim subsis-
tisse. Ex hoc etiam. Arguitur de
dictum quiditativum terminum non est idem idem
dicunt quod prius verum est et si aliter
inferatur, assignat terminum in propositione
si .f. d. sine sensu quod accidens
bis fit supra formatum est. Hec potentia si
est veritatem terminus iste potentia et
probabilis et magister sunt hanc ponere
[illegible] hec solvit et ista non solvit
in composito sensu quod si dicatur deus
posse quicquid potuit quod potest fecisse
quod potuit facere. Racio [illegible] qui non
est [illegible] post quicquid potuit et [illegible]
cuius [illegible] potest fecisse quod potuit fa-
cere et potest nunc vidisse quod potuit
videre. [illegible] dante oppositum huius
solucionis ad hoc [illegible] solvere
hec modo formatam racionem potest quicquid
potuit. sed potuit non fecisse non
[illegible] facere ergo et modo potest non
fecisse loco cuius ipse est non fecisse
non est [illegible] equivalens ergo illa
racio non solvit magister cum ipse
magister dicit in littera quod deus non potest
facere omne quod potuit aliquando facere
nec vult facere vel esse nec fieri
quod aliquando voluit facere vel esse nec
fieri ideo dicendum sicut dictum sunt
de scientia quod divina scientia in se omnino
immutabilis desinit scire aliquod
enunciabile racione [illegible] quod scibile
desinit esse verum et ipsa scientia sine
[illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] similiter intelligendum quod di-
vina potentia connotat in re [illegible]
[illegible] possibilitatem et tale in quam
possibilitatem [illegible] respicit potentiam a-
gentem sub racione potencie non

impossibile. Quam igitur ita est quod multa
possibilia sunt impossibilia factus et
multa possibilia sunt eciam et econ-
verso impossibilia ad fieri. facere etiam quod
[illegible] non sit nichil est facere. similiter
facere quod factum est nichil est facere
et ideo impossibile fieri. Huius est quod
quod deus non facit possibile quod posse
est potencie quod nulla mutacione fa-
cta ipsius sed equaliter deo existente
potentie sit aliquid a deo impossibile
[illegible] a parte rei et hec con-
cedendum est quod divina potentia est immu-
tabilis et hec negandum quicquid deus
semel potest semper potest. Ad illud ergo
quod obicitur quod divinum posse est esse et
[illegible] et antecedens totum illud
concludit quod scientia non mutatur sed
nichil sequitur de connotato. verum
est tamen quod posse dei respectu conno-
tati semper est [illegible] si aufe-
ratur [illegible] ab [illegible] quamvis
desinat aliquid posse facere semper
tamen [illegible] potest. Ad illud quod
obicitur ultimo quod alia patent ex hoc
quod divina potentia dicatur omnibus que
sunt [illegible] quod omnia ei subsunt. et
tamen non sequitur quod possit facere quod
factum est potest tamen illud destruere sed
facere non potest quod faciendo aut facit
aliquid aut nichil. si aliquid ergo a-
liquid plus est nunc quam prius ergo
non facit quod factum est. Si nichil
ergo faciendo nil facit. Similiter de-
us quod sunt facere quod non sunt aut
facit hoc conservando aut operan-
do aut destruendo. conservando non.
Si enim deus nichil faciat tamen
hoc est preteritum semper est preteritum
si non faciat tamen nichil ex hoc

stat hoc ut non fuisse optimum quod
est aliquid quod faciendo nichil facit
sed vero destruendo omne optimum sine
quod sunt non sit nil facit destru-
endo et destruendo nil destruit. Sec-
undum quod quia non sit optimum potuit
esse sunt aliquid possibile quod sibi est im-
possibile non propter [illegible] potentie secundum
hoc quod [illegible] concedit ipsos et
patent obiecta

Restant iste sunt dubitationes circa
lectionem et primo de ista solucione
magistri quod dicit Quod nec valuit
propter plenitudinem invidie quod potuit
generare de sua substancia videtur enim responsio
ista esse sufficiens nam invi-
dia sit attendi respectu diversi in
specie et natura sicut angelus invidit
homini sed propter hoc non excluditur
invidia a deo respectu creature propter quod dicendum
quod ad invidiam ista duo conveniunt
scilicet respectus ad equalitatem et exigentiam
rei facte non enim invidet aliquis
alicui nisi quia parificatur ei aut vel ex-
cedit vel quod timet ne parificetur
[illegible] artifex non dicitur invidus nisi quia
facit non esse sibi quod exigit et ipse
sit et propter hoc quod ex parte rei non
fuit exigencia et item in nullo pote-
rant parificari ideo [illegible] faceret
non commendatur in deo esse invidia
etsi nullas res faceret sed in filio di-
cat potentia ad equalitatem et ultimus exi-
gencia propter hoc quod erat de substancia pa-
tris [illegible] est quod non est simile in tali
[illegible] et est responsio eius bona. Ponit
[illegible] [illegible] non quia velit di-
cere quod invidia sit solum vel possit
esse respectu [illegible] in natura sed propter rationem
[illegible] exigencie, scilicet et equalitatis
que erant in generatione filii quod erat

de substancia patris. Iterum queritur de hoc
quod dicit quod potuit deus hominem
talem fecisse qui peccare non posset
nec vellet, et si talem fecisset
quis dubitat eum meliorem fuisse
videtur enim dicit Augustinus in [illegible] xxx
potuit [illegible] et non est [illegible]
hoc quod in laudem [illegible] dicit et [illegible]
ipse dicit super Genesim ad litteram quod me-
liores iudicavit deus homines si ei
liberaliter deservirent et iterum in libro de
civitate dei dicit quod melior est substancia
que peccare potest quam que non potest
Propterea dicendum quod melius dicitur dupliciter aut
simpliciter aut in ordine ad finem.
Si simpliciter loquamur melior est homo
confirmatus in gratia quam potens labi
sed in ordinatione ad finem quod qui-
dem consistit in promerendo sic me-
lius fuit facere hominem in libertate
peccandi, sed tamen primum melius est
simpliciter, hoc autem melius est secun-
dum quid et ideo verbum Augustini simpliciter
loquendo est veritatem. Quod autem dicit
de vero iusto laus [illegible] est
sine quo [illegible] ad gloriam accidentalem, con-
stat enim Christum non peccare potuisse
et tamen erat gloriosissimus. Simile intelli-
gendum est verbum illud Augustini super Gene-
sim quod dicitur quod melior est natura
que potest peccare est duplici de causa
aut quia habet voluntatem aut [illegible]
bilitate voluntatis et primo modo intelligit
Augustinus non secundo. Iterum queritur de hoc
quod dicit magister Quod potuit deus
meliora facere quam fecit videtur
enim istud non habere veritatem in
omnibus et specialiter in Christo quem videtur
nullo modo posse facere meliorem propter
illud quod dicit apostolus [illegible] dedit illi
nomen quod est super omne nomen
[illegible] in [illegible] est ei [illegible]

non ad inhesionem. Ergo nullo modo po-
tuit deus dare Christo plus de spiritu san-
cto. Ergo nec potuit eum facere me-
liorem. Respondeo dicendum quod magister loquitur
de uniuerso et eius partibus. Et quia
Christus nec est de uniuerso nec eius
pars, ideo non habet locum in Christo de-
bitum. tamen attende in Christo est dupli-
citatem. si enim consideretur humanitas
Christi finita est. Ergo tamen deus pos-
set super omne finitum ponere maius.
Item Christus factus fuit passibi-
lis et mortalis, et potuit fieri im-
mortalis. Et propter hoc dicendum quod triplex
est loqui de Christo. aut quantum ad
unionem, aut quantum ad gratiam sin-
gularis persone, aut quantum ad capaci-
tates eius. Si quantum ad unionem nature
deus fecit plus dare nec creatura re-
cipere quam unionis gratia ex parte al-
terius terminum est dignitatis infinite
scilicet quod homo sit deus. Quamuis ex parte
humanitatis terminus est ibi sit finitum,
et ita nec potest homo tanto ex parte
dei nec ex parte humane capacitatis
infinita nisi per unionem, videlicet quod
uniatur bono infinito, ita quod homo
est deus, qui est bonitatis infinite.
Si autem loquamur quantum ad gratiam
singularis persone sic verum est quia
potuit plus dare sed Christus non
potuit amplius recipere, nec omnia
capacitatis alie ad gratiam per collationem
gratie minuantur quod nec minuitur
nec augetur sed consummatur et com-
pletur et ideo non est possibilis ad am-
plius. Si autem loquamur quantum
ad potestates sic deus et plus po-
tuit de bonitate dare et humanitas
creatura recipere quantum ad ea scilicet
que sunt corporis quod multo plura
habet quam quidem factus est, sed non
potuit summi et salua [illegible] effici
congruentiores. Nunquam enim saluti
nostre potuisset per sui(?) [illegible]
et immortalem ita reparari sicut per mor-
tem et passionem eius reparati est. pre-
terea quis melior potuit esse Christus
et quid non. Item obicitur de beata
virgine videtur enim quod non potuit
fieri melior, quia Anselmus de conceptu
virginali dicit decebat quod illius ho-
minis conceptio fieret de matre purissi-
ma que puritate maior sub deo
nequit intelligi. Ergo videtur quod non
potuit fieri melior et tamen ipsa fuit
pars uniuersi. Item super omnes choros an-
gelorum exaltata est in gloria que fa-
cta est in summa gratia. Respondeo dicendum quod est
loqui de beata virgine quantum ad tres
conditiones scilicet quantum ad gratiam conceptio-
nis, quantum ad gratiam iustificationis atri-
butum(?) ad naturam, sed quantum ad conceptio-
nis sic quod fuit mater dei quod melius(?)
nobilius conceditur fit et matre nobilis-
simi filii sic tantum habuit bonitatis
dignitatem quod nulla mater amplius
recipere potuit. si enim omnes creature que
finaliter ascendent in gradibus nobi-
litatis essent pariter omnes deberent
reuereri matrem dei. Si autem loqua-
mur quantum ad gratiam iustificationis
tantam habuit quantum pura creatura
humana sine tonalis(?) que facta est
sic recipere potuit. Si quantum ad na-
turalia optima habuit sui sed sui com-
petens fuit simpliciter tamen meliora
potuit recipere et deus dare. Et ideo sed
in nullo creato est inuenire hoc
uerbum magistri quod deus ea que fecit
potuit facere meliora. Ratio est quia in
aliquibus capacitates sue compleuit
et impleuit, sed in Christo per omnem mo-
dum et in matre eius [illegible] capit
pura creatura humanitas in sapientia fe

d xlv

minus principium ad ea que spectant
ad corpus et in alia secunda quantum
ad ea que sunt gratie

Nam de voluntate dei

aliquid perfectius ubi intellectualiter se
habet quam intelligere de scientia et potentia
ille autem tercio agit de voluntate et di-
vidit per tres partes. In prima agit de
voluntate secundum suam quiditatem. in 2a
secundum eius implecionem 2a ibi capitulo ut
impleatur infra parte flor. Ille
dicit quod deum est enim. In tercia deter-
minat qualiter voluntas nec divine
informatur et hoc parte florem deum
quod aliquando mala est voluntas. Te-
prima pars habet tres partes in prima osten-
dit quod voluntas dei est ipsa divina essen-
cia. In 2a quod ipsa est omnium causa ibi
Illa vero summe bona voluntas. Tercia est
In tercia ostendit quod ipsa voluntas dei est
multiplicata dicta ibi Illud vero permit-
tendo nobis etc. prima pars habet du-
as. in prima ostendit quod velle est in
deo esse et voluntas est essencia. In 2a
solvit dubitacionem ibi Et licet idem
sit deo velle quod esse. Secunda pars continet
duas in prima ostendit quod divina
voluntas est causa prima. In 2a ostendit
quod est causa generalissima ibi voluntas
igitur dei ut ait augustinus. Illud vero est
permittendo. Ille est tercia pars in qua
agit de istius nominis multiplicatione
et hec non est multiplicitas equivo-
cacionis sed analogie et sunt in hac
parte tres particule. in prima ponit mo-
dum principalem accipiendi istud hoc nomen
quod est voluntas. quod si accipitur pro volun-
tate beneplaciti In 2a ponit modos non
principales sed tropologice secundum quod acci-
pitur pro signis voluntatis et hoc fit
ibi. Aliquando vero secundum quendam dicendi
figuram etc. In tercia breviter epilogat

predeterminata ibi Ecce ergo supra dicta
sunt que dicuntur etc.
Ad intelligenciam huius partis sciendum
tria principaliter queruntur. primo queritur
de voluntate divina quantum ad quid-
ditatem. 2o quantum ad causalitatem. 3o
quantum ad racionem significandi. Quan-
tum ad primum duo queruntur. primo
queritur utrum sit in deo ponere
voluntatem. 2o utrum ipsum sit dicere
omnivolentem sicut dicitur omnipotens.
Videtur autem in deo non sit ponere
voluntatem videtur auctoritate
et racione primo sic augustinus in libro de li-
bero arbitrio voluntas est racionalis motus
sensui presidens et affectum. sed in deo
est summus nec motus nec affectus
ergo neque voluntas. Item augustinus in libro de
diffinicionibus voluntas est animi mo-
tus ad aliquid perficiendum vel fu-
giendum. sed in deo non est ponere fu-
gam nec perficiendum ergo nec voluntatem
Item racione quia voluntas est potentia in no-
bis maxime flexibilis vel alie potentie
non sunt in malum sed sola voluntas
est a qua est peccatum. sed in deo nulla
est flexibilitas omnino ad malum. ergo etc.
Item voluntas eo ipso quod voluntas est ad
opposita eo quod ad opposita est contingens et
variabilis In deo autem nulla cadit con-
tingencia nec variacio ergo etc. Probacio
prime. voluntas eo ipso quod voluntas est po-
testas racionalis. sed potencie racionales sunt
ad opposita sicut dicit philosophus ergo etc. Dicit
eo ipso quod est voluntas libera et si hoc
non est determinata ad unum. quod hinc
non habet liberalitatem sicut nec potencie
naturales ergo est ad opposita et ideo va-
riabilis. Sed contra est quod primo dicit apostolus
secundum consilium voluntatis sue et nemo
liberum secundum propositum voluntatis sue
et tota scriptura plena hoc nomine

voluntate, ut est in deo ponere etc. Item
secundo in quo concludit quod voluntas est
actio ipsius dei. Tertio ratione videtur quia
voluntas est illud penes quod residet
inter cetera summa potestas, ergo si voluntas
de se dicat potentiam super omnibus pre-
sidet in regno a se et nichil potest
sibi imperare, sed deus est potentissimus
et omne quod est potentie sibi attribuen-
dum, ergo etc. Quarto voluntas est in qua
consistit summa voluptas sive felici-
tas beati, id est qui habet omne
quod vult, ubi nichil delectatur nisi
habens voluptatem vel aliquid secundum vo-
luntatem, sed deus est felicissimus in
quo est omnis felicitas et iocunditas
ergo etc. Quinto voluntas est id penes quod
residet iustitia et rectitudo iustitie cum
non est aliud quam rectitudo voluntatis
ubi non habetur voluntatem iniusti sunt
culpa contra iustitiae, sed deus est iustis-
simus super omnem intellectum ergo habet
voluntatem. Sexto voluntas est vis super
ipsa attendit summa liberalitas, cum
enim liberalitas venit ex amore, per
constat quod amor est actus voluntatis.
In deo autem est ponere summam libe-
ralitatem. Propter quod dicendum quod in deo est ponere
voluntatem sicut ostendunt quattuor ra-
tiones predicte. Propter quod quattuor conditiones
sive proprietates voluntatis scilicet iustitie et li-
beralitatis que sunt circa voluntatem
et magis proprie in deo et completo-
ri modo quam in nobis. Voluntas
enim in nobis est per distinctionem a potentia
et actu a relatione et per distinctionem
a fine, in deo autem per quandam in-
differentiam potentie sive subiecti actus
actus et finis. Et quia in nobis est
per distinctionem a potentia et ab actu ideo aliquando
existens vel secundum diversos actus va-
riabilis, propter distinctionem enim a potentia in

~~qua potentia et alie potentie indicari~~ se
subiecit aliis potentiis ut sensui et
appetitui. Propter distinctionem ab actu est va-
riabilitas secundum alterationem affectionum.
In deo autem neutrum ideo nec congruit
inferiores potentias, nec habet vari-
atio secundum affectiones varias. Et ideo quia
in nobis est per distinctionem a fine
inde est quod est contingens et ideo est
in ea fuga et appetitus et cadit in
ea etiam iustitia et malitia quia
potest a fine obliquari cum non sit
illi coniuncta. In deo autem est omnino
fini coniuncta, ideo nec fugam nec
appetitum habet nec iustitiam nec ma-
litiam, sed quandam letitiam et iu-
stitiam etc. Patet responsio ad primam ra-
tionem quia omnes iste conditiones appetitus
fuga malitia sive variabilitas
conditiones sunt voluntatis create, sed omnino
a voluntate divina remota sunt.
Ad secundum quod obicitur quod est contingens
et variabilis dicendum quod est contingentia
in actu vel in effectu. Si loqua-
mur de contingentia in effectu ideo ibi
est in effectu ideo sed causa in multis
que a deo sunt et multa enim facit
deus que posset non facere nullo
repugnante. Si autem loquamur de
contingentia in actu quod voluntas modo
vult aliquid modo desinit et vel-
le et modo incipit velle modo vult
aliquid modo vult oppositum, hec ca-
dit in voluntate creata quia inter voluntatem
et actum est distantia, ubi nec semper est
unde actu conformi. Divina autem
voluntas propter indistinctionem sui ad actum
omnis variatio non fit nec habet in se
aliqua contingentiam et ideo patent
omnia quesita.

Secundo supposito quod in deo sit
ponere voluntatem queritur ipsum

Utrum sit ponere omnivolentem ut ita dicitur a voluntate omnivolens sicut a potentia et a scientia omnipotens et omnisciens. Et quod sic videtur quia deus non dicitur omnipotens eo quod possit esse quod potest esse quia deceret eius potentiam. Et ita cum possit mala sed sicut deus vult esse quod decet voluntatem eius velle ergo deus omnivolens sicut omnipotens. Item sicut se habet cognitiva dei ad verum ita se habet affectiva sive voluntas ad bonum sed cognitiva sive intellectiva amplectitur omne verum unde ipsi dicit deum aliquod verum ignorare arctaret et derogaret eius intelligentie ergo pari ratione omni intelligentia non sit sanior nec perfectior ipsi voluntas voluntatis erit respectu omnis boni ergo sicut dicitur omnisciens quia scit omne verum ita omnivolens quia vult omne bonum. Item sicut dicit deus verum omnis veri a quo sunt omne verum habet veritatem ita est bonum omnis boni a quo omne bonum habet bonitatem sed deus in diligendo suam veritatem que est ratio omnium cognoscitur ergo similiter diligendo suam bonitatem omne bonum diligit sed omne quod diligit vult ergo vult omne bonum sicut et cognoscit scit omne verum etc. Item bona voluntas est que se extendit ad multa bona ergo melior ad plura et optima ad omnia ergo infinita ad infinita ergo sicut potentia et scientia se extendunt ad omnia et infinita ita et voluntas ergo sicut ratione dicitur omnipotens et omnisciens pari ratione debet dici omnivolens. Contra in psalmo omnia quecumque voluit fecit ergo nihil vult nisi que facit sed plura potest facere et non potest si volens ergo plura potest velle sed si deus non posset plura facere non esset omnisciens ergo etc. Item si aliquid sciret homo quod non sciret deus non esset omnisciens deus. Cum ergo aliquid velit homo quod non velit deus ut puta facere furtum ergo deus non est omnivolens. Item sicut posse malum esse posse deus non est omnipotens quia non potest mala cum ergo velle malum sit velle et deus non velit mala deus non est omnivolens. Probatio minoris malum non est malum nisi quia voluntarium etc. quia secundum Augustinum peccatum a deo est voluntarium ergo etc. ergo eo voluntatis plurat in malo plures et actus voluntatis in volendo malum ergo etc. Item velle malum aut est velle vel nolle. Si velle habetur propositum si nolle sed nolle malum est bonum ergo velle malum est bonum ergo si deus vult omne bonum deus vult malum quod est falsum. Restat ergo quod velle malum est velle et deus non vult malum ergo deus non est omnivolens. Sed illud argumentum est sophisticum quia similiter fit obiectio de potentia et idem consuevit unde est hoc quod velle malum est velle se posse malum non est posse sed impotentie [illegible] hoc [illegible] est [illegible] potentie sapientie et voluntatis ad sua obiecta sunt ambigua. Respondeo dicendum est quod cum queritur utrum deus sit omnivolens duplicem intellectum potest facere ista locutio ex eo quod hoc quod dico facere distributionem simplicem vel ut sic distributionem secundum aptitudinem ad actum et habitum facit tunc deus omnivolens quia vult omne volendum utrumque simplicitatem habet veritatem in potentia et scientia et idem simpliciter concedendum quod

deus sit omnisciens et omnipotens
et simplex negatur quod sit omnivolens
intellectus lync. et racio patet si eum
simpliciter accipiamus deus scit omne
scibile et potest omne possibile et non vult
omne volibile quia sua voluntas
importat eum actualem potentia vero
abstrahit a ratione actualitatis et
ponit rationem eius scientia vero abstra-
hit a ratione utriusque quia igitur deus
non est causa actualis omnium que scit
facere vel velle sic non facit omne
volibile ita non vult quia vero potentia
abstrahit a ratione actualitatis ideo dicitur
non solum respectu procedendorum ma-
gis scientia eius possibilium fieri a deo quam
verbi scientia abstrahit a ratione utriusque
hinc est quod scientia non tantum est respectu
procedendorum scientia eius respectu possi-
bilium non tantum futurorum sed alius eius in-
potentie possibilium malorum licet igitur
racio quia actus scire ut scire est
per modum habitus similiter et potentia per mo-
dum habitus ut posse voluntas
per modum actus ut velle ideo scientia
est omnium scibilium potentia omnium possibilium
que sunt potentie sed non voluntas
omnium volibilium et ideo non dicitur deus
plura scire vel posse potest tamen
plura velle Aliter si accipiamus
rem ut innuit respectu dei dicere et
respectu facere et volite scientia est re-
spectu omnis rei in qua salvatur ratio scire
et potentia in qua salvatur ratio potentie sed
voluntas non est respectu omnis rei
in qua ratio voluntatis salvatur
scientia non est respectu omnium futurorum et
factorum et fiendorum bonorum et malorum
quia ibi salvatur ratio scire et nobilitatis
quia scire malum scire est et scire ma-
lum nobilitatis est similiter potentia etc. re-

omnium bonorum in hiis solum salvatur
racio potentie nam posse malum non
est posse unde posse malum non
enim derogat perfectionem potentie sed [illegible]
ipsi potentie quia posse deficere non est
posse et ideo dicitur omnipotens voluntas
est respectu bonorum tantum non respectu
malorum et eciam in volendo ma-
lum non salvatur dignitas voluntatis
salvatur tamen racio volendi quia
velle malum velle est et hinc est
quod deus non dicitur omnivolens quia
non vult malum sed tamen omnipotens
dicitur quamvis non possit malum Con-
sideracione quia racio potentie non sal-
vatur respectu mali sed et racio
voluntatis Item quod potentia differt
quod dicit actus per modum habitus et
potentie de potentia activa loquendo
... respectu operationis tamen
non est potentia sed defectus potentie sed
voluntas differt quod dicit dicit
per modum motus indifferencie et
complacencie quod ergo in malo sal-
vatur racio consensus et complacencie
sic et respectu boni ideo velle ma-
lum velle est sed posse malum
non est posse Ad id quod obicitur quod deus
vult omne quod decet Dicendum quod illa non
est racio quia non dicitur omnipotens
sed illa que assignata est scilicet quia
potest omne quod posse potentie est Ad
illud quod obicitur quod cognitiva am-
plectitur omne verum et affectiva
omne bonum Dicendum quod aliter amplectitur
hec aliter illa cognitiva enim am-
plectitur actum aliter cognoscendo
quod est verum et quod sit etc sed affectiva
quia actus eius est in ratione actus
amplectitur et vult solum bonum quod
est vel erit Universaliter verum amplectitur

totum actum cognitive et nichil sciret
nisi verum nam scire non est scire
sed bonum non amplectitur omnem actum
voluntatis. Nam velle optimum boni est
velle. Hinc est quod deus sciendo omne
verum dicitur omnisciens, sed non sic vo-
lendo omne bonum omnivolens. Ad
illud quod obicitur quod deus cognoscendo se
qui est veritas ipsa omne verum cogno-
scit ergo etc. Dicendum quod verum est secundum aliquem
cognoscendo se sic est causa exemplaris
non tamen futurorum secundum possibilium a deo
scibilium, sed diligendo se bonum est cau-
sa actualis ut perficit et ideo non sequitur
quod velit illa bona que erunt vel fuerunt et
propter hoc non est dicendus omnivolens. Aliud
tamen est legitur ratio sic patebit in 3a.
Ad illud quod obicitur de voluntate quod melior
est que se extendit ad plura, dicendum quod
voluntas est actus rationalis, unde non de-
betur voluntas melior quia semper ad plura,
sed quod ad plura rationabiliter et quantum
ratio recta dictat. Extremitas sive in uno
diffinito quod magis infinitus rationabiliter non
competit. Ideo optima voluntas et perfectis-
sima in aliquo uno vult ea bona
esse secundum tamen finito, et quod hoc non sequitur
quod voluntas sit infinita vel omnium pos-
sibilium nec etiam omnium, sed tamen dicendum quod
illud si alicubi est veritatem ibi tamen
est ubi voluntas aliquid recipit a vo-
lito, sed voluntas si nichil recipit et ideo
non est melior volendo tria bona
quam unum et mille quam tria et ideo non
valet illa ratio in proposito. Quod habet
patet illud quod cum sicut equaliter
voluntas et potentia et sapientia sunt equalia
dicendum quod est loqui de hiis quantum
ad essentiam vel quantum ad subiectum, quantum ad ac-
tum et quantum ad effectum et quantum
ad obiectum. Si primo modo sic sunt omnino
idem; si quantum ad actum sic est ibi
omnimoda equalitas et aliud cessio-

ne patet. Et quia quicquid facit deus
et potest facere vult et posse et equaliter
si quantum ad effectum sic adhuc sunt
equalia quia nichil efficit deus nisi
per potentiam sapientiam et voluntatem; si quan-
tum ad obiectum sive connotatum
tunc inequalia, scientia enim est hoc modo
in plus et potentia in minus et voluntas
adhuc in minus. Nam scitum est bonum
et malum, potentie est bonum tantum, sed pre-
sens et non futurum volitum non est bo-
num et futurum tantum

Consequenter ad secundum articulum queritur
de voluntate divina secundum quantum ad
causalitatem et circa hoc queruntur duo.
Primo queritur in generali utrum voluntas
dei sit causa rerum; secundo utrum sit causa prima
et immediata. Et quod sit causa ostenditur sic:
Hylarius in libro de synodis: Omnibus
creaturis substantiam voluntas attulit, sed
filio natura dedit. Et Augustinus in libro contra
Manicheos: Prudentium est eius qui vo-
luntatem dei nosse desiderant quod vo-
luntas dei omnium que sunt ipsa sit causa.
Et ratione videtur quod deus est causa rerum
sed omnis res cuius est deus causa est per scientiam
potentiam et voluntatem aut ergo est causa quia po-
tens aut quia sciens aut quia vo-
lens. Non quia potens quia multa potest
que non facit, similiter nec quia sciens
ergo quia volens ideo facit, sed causa est que
esse scripture aliud ergo etc. Et deus est
causa rerum creatarum aut ergo per naturam
aut per voluntatem aut per casum et fortunam
non per casum et fortunam quia tales sunt
causa per impertinentem rationem; non per na-
turam quia sic semper eodem similiter producit
respicit ergo quod per voluntatem ergo etc. Contra
si voluntas dei est causa aut ratione
principalis significati ergo cum idem sit
sapientia aut ratione connotati; si ratione prin-
cipalis significati ergo cum idem sit sapientia

~~potentia et voluntas et essentia eadem ra-~~
tione debent dici omnes secundum rationem deno-
tati, quia quicquid sit illud non est da-
re nisi effectum, sed effectus respicit
rationem et non quo non ergo ratione
connotati et licet si connotet effectum,
ergo nullo modo potest dici deus vult se
esse cum tamen sic omnis nichil efficiat
quod est falsum. Secundo autem voluntas est ca-
pax per potestatem aut per affectum, si per pote-
statem tunc ergo sapientia et potentia
non sunt de deo per aliquam rationem. Aut ergo quod
in voluntate pertinet et ratio causalitatis aut
quod mediatione, non quod prius non potentia
et scientia attribuit voluntati, sunt ra-
tionem intelligendi, non quod mediante
quod Hugo dicit quod deus per voluntatem
movet, per sapientiam disponit et per
potentiam exequitur ergo mediatorem (?)
comparationem habet ad opus scientia et po-
tentia voluntatis ergo etc. Secundo autem est cau-
sa per potestatem agendi aut per potestatem
modum non per potestatem quia voluntas
non dicit potestatem sed potentia dicit
dei per potestatem modum agendi, cum modus
agendi per modum nature melior
est et nobilior ergo illa magis est ca-
usatio (?) illud agens est dignissimum
quod est sufficientissimum et nobiliorem
effectum producit. Sed natura suffi-
cientior est in agendo et paucioribus
indiget et nobiliorem effectum produ-
cit quam ars sive agens volun-
tarium ergo etc. Item quod non quantum ad
modum videtur quod agens hoc debet pro-
ducere proprietates naturales agunt per
modum nature sed deus effectibus suis
dat unitatem veritatem et bonitatem
nec potest facere sine hiis et iste sunt
proprietates naturales sive sunt ergo
deus agit per modum nature non voluntatis.
Secundo omne agens voluntarium est agens
precipiendo sed deus non agit pre-
cipiendo sicut dicit dyonisius de divinis no-

~~minibus quia sicut sol non precipiendo illuminat~~
sic deus non precipiendo creat. Ad hoc di-
cendum ad predictam intelligentiam est no-
tandum quod quamvis divina essentia sit
unum quid simplicissimum tamen est pe-
lagus substantie infinitum et ideo omnia
que in nobis reperiuntur per diversitatem
omnia in quadam (?) in deo nobilius per quon-
dam reperiuntur identitatem includunt (?) ta-
men quamdam perfectionem et veritatem,
unde sicut in nobis est sapientia potentia et
voluntas et vere entes et tamen vere
que a nobis sunt sic et in deo sunt
sed tamen unum sunt et quamvis unum
sint quia intellectus noster non potest simplici-
tatem illius substantie comprehendere nec
per unum verbum exprimere, ideo multis
modis intelligimus deum et diversis no-
minibus exprimimus et secundum quod per illos
modos intelligimus plura concipimus
ita quod deo aliquid attribuimus secundum
unum modum quod non secundum aliud et hinc
contingit quod omnia in deo unum sunt
existentia et ideo cum alio modo in-
telligimus deum cum dicimus deum
bonum quam cum dicimus deum eternum. Se-
cundum et se diffundere quia bonum est
sui quantum eternus. Hoc ergo est proprietas
bonitatis non durationis. Sicut est quod
cum intelligimus non voluntatem esse in
deo et proprietas voluntatis est producere ea
que crescit per modum liberalitatis quod
dicimus deum agendo voluntatis esse cau-
sam. Ratio autem specialis voluntatis attribu-
tionis hec est quia ratio causandi est
bonitas et in ratione effectuum et in
ratione finis, nam bonum est diffusi-
vum et bonum est propter quod cetera. Effi-
ciens autem non fit efficiens in effe-
ctum nisi per finem. Illud ergo quod
dicit comparationem principaliter effectuum
ad finem est ratio causandi in effectu

~~sed voluntas est actus suus quem bonum~~ respicit sub bono sive bonitate. ergo voluntas sunt effectum suum sive et sicut est quod voluntas est radix unde faciens in effectum et ideo attribuimus deo ratione causalitatis sub ratione voluntatis non sic sub aliis rationibus et hoc colligitur ex verbis dionisii in x° de di. no. qui dicit quod bonitatem ut habitantem ut primum et ut finale omnia appetunt ut primum a quo sunt ut continuatorem per quem salvantur ut finem in quem tendunt. Unde dominus deus est quoddam actus eius ex optimo et per optimum et in optimum ex quo colligitur quod dicit commentator principium eius finem et ideo talis actor quando volt facere. ita quod actualitas in causando refertur ad voluntatem non per instantem in quo esse voluntatem sed in quo facere volt sic ergo volo audire cras missam et voluntas faciet me ~~cras~~ cras esse in actu recipiendi voliti sic suo modo est in deo. Ad illud quod queritur utrum conveniant voluntati ratione causalitatis propter connotatum vel propter rem significatam dico quod propter rem significatam tamen nec propter connotatum sed propter rem sic significatam quod significatur divina essentia ut voluntas cui non significatur videtur veritas. unde sicut … nos dicimus quod lapis assimilatur deo inquantum ens et inquantum vivens et homo inquantum intelligens ratione eius intelligentia natura et vita idem sunt in deo tamen idem ipsum aliquando datur intelligi non propter connotatum sed propter eius summe infinitatem in qua omnes nobiles perfectiones sunt unum non tamen possunt significari

~~nisi per diversa. Ad illud quod obi-~~citur sit causa per perfectionem aut per assimilationem dico quod simpliciter loquendo de perfectione est causa respondendo de voluntate ad scientiam et potentiam dico sed per assimilationem et hoc quia ipsa voluntas sit deus ut tamen actualiter. unde in voluntate primo manifesta causa actualitatis non realitatis potentia enim et scientia et si habeant rationem esse causalis non tamen actualis nisi per voluntatem. unde voluntas facit de scientia dispositionem sine scientia facit esse dispositivam et potentiam executivam. Ideo enim disponit quod volt et ideo facit quod volt. Et per hoc ad id quod queritur utrum voluntas dicitur ita vera propter virtutem agentem vel propter modum agendi. dico quod propter utrumque deo enim velle est posse principalia cum ratione modi agendi ponitur enim diversa forma et … quod sola liberalitate agentis spectat ad agentem per voluntatem. cum obicitur quod modus agentis naturalis est nobilior vere est ubi nobilitas non est … sed si aliquis posset facere omne quod vellet non minus nobilius ageret quam ille potest tamen dico quod modus producendi naturalis respicit per se rem … quia non possunt convenire in forma. ad illud quod obicitur quod deus producit … sibi perfectiones … quod natura producit similia in perfectionibus … si est agens … vel si est agens … producit … non ex sua liberalitate … aut … modo. Ad id quod obicitur quod deus non est agens … ~~hoc verum est de …~~

que precedit voluntatem sed non est verum de principalitate rationis operis et primo non loquitur doctor ipse vero opponit 2o modo

Secundo queritur utrum voluntas divina sit causa prima et immediata et quod sic videtur per augustinum iii de trinitate voluntas dei est prima et summa causa omnium specierum et motionum / Item omnis causa prima activa primus et primum est rei producte est causa prima et immediata sed voluntas est huiusmodi ergo etc / probatio minoris per illud psalmi Iustus dominus in omnibus viis suis glossa dei esse est velle quod facit quia quod eius voluntas habet esse / Item omnis virtus omnis causa est prima et immediata qua non est altera prior sed divina voluntas est causa qua non est altera prior cum sit idem quod deus ergo voluntas est causa prima et immediata / Item omnis causa prima et immediata que est in toto effectu per actionem suam sed omne quod fit a deo et in eo fit operari sine ipso cum non possit in esse salvari et deus toti creature et in toto ergo etc / Item omnis qui rem cognoscit certissime et nobilissime cognoscit per causam primam et immediatam sed cognoscens deum et videns cognoscit in eo res certissime et nobilissime tamquam in causis prioribus ut dicit augustinus ergo in deo est causa prima et immediata sed non nisi voluntas ergo etc / Item quod deo attribuitur debet attribui ei in summe totius nobilitatis si ergo ratio causalitatis convenit ei nobilissima causalitas debet ei attribui sed hoc est esse prime et immediate ergo etc / Item causa est una sed immediata ergo si deus est causa omnium immediata vel habet aliam causam circa deum

et si hoc cessat omnis operatio et vita potentia cessat cessat et bonitas et cetera sunt ociosa / Item si divina voluntas est omnium causa proxima et immediata sed posita causa proxima et immediata ponitur effectus ergo cum divina voluntas fuit ab eterno cetera sunt eterna / Item omne quod habet causam proximam et immediatam et variam est demutabile ergo si divina voluntas est omnium causa prima et immediata omnia sunt demutabilia / Item habita causa proxima et immediata non est ultra querere ergo stulte quia deus velit aliquid stulte laborat qui querit causam aliam sed de omni bono quod sit causa deus esse causam ergo non est ulterior querendum / preterea ergo et vane sunt scientie naturales ymmo omnes scientie / preterea ad huius intelligentiam est notandum quod cum in creatura sit reperire causam universalem et particularem causa universalis uno modo plus influit in effectum quam particularis alio modo minus quantum enim ad intimitatem causa universalis quia agens prior est magis influit sed quantum ad actualitatem et quantum ad ea que sunt propria rei minus influit / ratio huius est quia causa universalis causata non habet omnimodam actualitatem nec perfectam potentiam et ideo non potest pervenire ad formam specialem nisi mediante ut per formam agentis particularis que non est ab ipso / divina autem voluntas est causa prima et vilissima et actualissima et ideo potest in toto effectu et in totam rei speciem et sine adminiculo alterius et non applicat causa potest aliquid vel modicum sine ipsa et ideo necesse est quod ipsa sit causa immediata in omni actione et etc et generaliter sit ratio

ad hoc quod obicitur in contrarium intelli-
gendum quod cum deus sit causa eius uni-
versalis quo ad hoc tamen est tota causa sicut
cause que concurrunt quo ad hoc autem est causa
quod alia causa particularis ut cause que sunt
a natura et a voluntate particulari et hoc
quidem causa contingit non propter indigen-
tiam divine voluntatis sed propter summam
liberalitatem que eciam debet aliis rebus
esse secundum operationem et diffusionem et propter
ordinem et connexionem universi ad in-
vicem nec una causa derogat alteri
sed totus effectus est a prima causa et totus
a voluntate mediata etc. Patet responsio
ob. obiecto non de causa immediata respectu
alicuius effectus causa cause quod cause non sunt
immediate in omnibus quia etc. Ad aliud
quod obicitur quod posita causa immediata etc.
dicendum quod causa potentia est duplex vel in re
vel in operari et posita causa non ponitur
effectus in actu nisi ponatur in operando
etc. non sunt ab eterno sed in tempore modo
disposuit et voluit ab eterno producere
tunc. Ad aliud quod obicitur quod omnia es-
sent sempiterna dicendum quod illa est
sicut illa sit prima et determinata ad hoc
effectus. Ad illud quod obicitur quod non
debet querere alia causa dicendum quod si plene
cognosceret dei voluntatem et dispositio-
nem suam nullus unquam desideraret scire
aliquam causam ita plene cognosceret
in causis particularibus actum tamen est
divina voluntas non consideratione nec
ipsa excludit in agendo operationem
cause create non excludit eciam nec in
cognoscendo et ideo bonum est et utile
operari in consideratione causarum creaturarum
ut aliquando licet sciam plene
veniamus in cognitionem illius cause sum-
me que est prima omnium cognitione

Consequenter queritur ad tertium articulum

queritur de voluntate divina quantum
ad rationem significandi. Et circa hoc
duo principaliter queruntur primo queritur
de convenientia illius divisionis di-
vine voluntatis in voluntatem beneplaci-
ti et in voluntatem signi secundo queritur
de modo et sufficientia signorum divine
voluntatis.

Circa primum divisio non est conveniens
videtur quia sicut voluntas est
respectu rei ita et potentia et scientia sed scientia
non distinguitur per scientiam virtutis et scien-
tiam signi similiter nec potentia ergo nec voluntas.
Si tu dicas quod illa non habent signa
contra sicut creature sunt signa vo-
luntatis ita etiam innuit quod suo ordine sapientiam
et quod sua magnitudine demonstrant
potentiam ergo si signum ponatur in una
parte etc. Item si contingit divina vo-
luntas signari aut per signa naturalia aut per
signa voluntaria non per naturalia quia
preceptio et prohibitio non sunt a natura
sed a voluntate non per voluntaria quia
signum voluntarium est quod significat
ex institutione secundum preceptio et prohibitio
non significat ex institutione voluntatem
sed ipsam quod precipitur ergo etc. Item res sig-
nificata non convenit nomen suum signo
unde quamvis aliquis sit signum ire
non tamen est ira unde quamvis preceptio
et prohibitio etc. sunt signa divine
voluntatis non tamen debent dici voluntas
ergo non debet dividi voluntas in vo-
luntatem signi et voluntatem beneplaciti
Item preceptio et prohibitio et huiusmodi aut
sunt signa ratione actus aut ra-
tione obiecti sive connotati. Si ra-
tione actus secundum idem est actus quod
divina voluntas et deus quod non dicitur
deus precipit dicitur de deo et ita

ponit unam certam quod signum ac
idem esset signum sui ipsius autem
ratione effectus et tunc preceptio et
prohibitio nullum connotant effectum
nec consilium nullum omnino est signum
et ita nullo modo videntur signa
Sed contra sententia dicit plures esse
voluntates dei sed ostendit unam esse
voluntatem beneplaciti quod si plures
sint oportet quod sit aliqua alia voluntas
preter beneplaciti sed nulla voluntas
dei est nisi beneplaciti vel signum
illius quod non est // Et contingit cognoscere
voluntatem dei sed non possumus cognoscere
eam per se nec quod est quod cognoscimus
per signa sed sic nominamus
sicut cognoscimus quod non tantum
debemus dicere voluntatem beneplaciti
esse voluntatem sed etiam signum eius // Item
preceptio autem racionis dicitur voluntas
alicuius quod et preceptio dei sed non est
voluntas alicuius quod preceptio est communis
si mentaliter fiat quod est voluntas in
consistendo // Respondeo ad hoc intelligendum
est quod et non et auctoritas compellit nos
distinguere voluntatem dei in voluntatem
signi et voluntatem beneplaciti auctoritas
quidem quod dicit Anselmus 1 theologie in-
telligitur est voluntas dei sententia vera sed
aliud non est dicitur per communicationem
per eam vel per significationem non autem per
tantum quod per significationem // Et ratio dictat
quia quando usu loquendi consuevimus
preceptum nomine voluntatis appellare propter
hoc intelligendum quod sicut non absque
de intellectu dicitur vis intellectiva et
ipsum intellectum ita voluntas dicitur ipsa
vis volendi et ipsum volitum et quia
voluntas dei innotescit nobis per
volitum tamquam per visibile et signum
est quod facit in aliud venire dum
offert se sensui // Unde est quod voluntas

dei dividitur in voluntatem beneplaci-
ti et in voluntatem signi // Ad primo
obiectum de scientia et potentia dicendum quod ipsa voluntas
se habet inclinando ad res et ideo non
sit determinata in pluribus differentibus
ideo indiget determinatio signis et preterea
cum nos debeamus illis conformari oportet
nos ipsam cognoscere sed scientia solum est
respectu omnis scibilis et potentie et per consequens non
oportet nos conformare ideo non sequitur
scientia signi vel potentie sicut voluntatis // Ad
ad illud quod obicitur utrum sint signa
naturalia vel voluntaria dicendum quod signum
est causa et est signum et quod dicitur naturale
ingeniatum est vel inpositum signum signi-
ficat voluntas ingenitum causa voluntaria
sint quod a voluntate sed naturalia sunt in-
dita signa quod naturaliter significant sicut
effectus naturaliter significat causam // Ex hac
parte sequens quod ratio non concludit si-
gnorum data causalem signum
naturale etc. nam dicitur signa quod
est signum causalitatis est in signum quod
causa naturaliter ... non est generale
... ut sunt sermones ... sed
sicut vocum loquendi sicut dicitur
... in ... et ratione ... est si-
militudo ... signum quod na-
turaliter significat et similiter // Ad illud
quod obicitur ratione ... sunt signa
dicendum quod ratione actus ... per comparationem
ad eum objectum eius ... facit
voluntatem ut est sub actu precipiendi
et prohibendi et cetera Unde hoc quod
preceptum signum est voluntatis inpositum
precipientis

Secundo queritur de numero et suffi-
ciencia signorum divine voluntatis
et ponit magister quinque signa que con-
tinentur in hoc versu precipit et prohibet
permittit consulit implet et videtur
quod debeat ponere pauciora quia signum

et signati dicuntur correlative / sed si
unum oppositorum dicitur multipliciter et reliquum
et si unum non dicitur multipliciter nec reli-
quum propter artem topicam sed voluntas
dei est una et uno modo se habet ergo
unum solum debet habere signum / Ad autem
signa hec distinguuntur ratione modi
significandi aut ratione rei / si ratione rei si-
gnificate tunc tot debent esse signa
quot res ergo omnis res signum est di-
vine voluntatis tantum [illegible] / Si ratione
modi sed eodem modo significant divinam
voluntatem preceptio et prohibitio ergo sunt
unum signum / Ad voluntas dei sicut
infra patebit non est respectu mali ergo
nullum signum eius debet accipi per com-
parationem ad malum cum ergo permissio et
prohibitio sint respectu mali non sunt
signa voluntatis divine / Contra quod sint
plura videtur quia multiplici bono videtur
malum ex opposito immo uni bono
plura mala ergo tot vel plura signa
debent accipi a parte mali sicut ex parte
boni / Cum ergo ex parte boni sint tria
[illegible] / Item sicut impletioni videtur
permissio ita et prohibitio immo melius
[illegible] et magis ex opposito ergo videtur
quod plura sunt signa / Item sicut pre-
cepto opponitur prohibitio ita consilio
dissuasio ergo videtur quod sint plura
preterea quod [illegible] significat [illegible]
debuerunt accipi sic / voluntas enim di-
vina respectu [illegible] est prior et si-
mul [illegible] aut [illegible] aut alia
quorum prior sine hoc nomine quod si re-
spectus aut illud est bonum et im-
pletio aut malum et permissio / Si
respectu [illegible] hoc [illegible] aut ma-
lum et prohibitio aut bonum necessarium
et preceptio aut bonum non super-
erogationis et consilium / Bonum autem
supererogationis non habet malum
oppositum quod nec consilium habet
signum oppositum / Aliud quod patet di-
stinguitur sic voluntas divina sicut in-
fra patebit aliquid vult simpliciter
aliquid vult conditionaliter sive
quantum in se est utroque modo contingit
eam significari voluntas ergo abso-
luta potest ad duo comparari aut per mo-
dum complacentie aut per modum
displicentie / Si per modum displicentie
illud nullo modo fit et ita cum [illegible]
contingit significari nec fieri alio
signo exteriori / Si per modum compla-
centie aut quod placet illud quod
fit et sic impletio aut quod placet
aliquid quod ille et sic permissio et sic
habemus duo signa / Preterea sicut
divina voluntas est antecedens sive
conditionalis et hoc dupliciter aut per
modum complacentie ita quod oppositum
displicet et sic preceptio aut per modum
displicentie et sic prohibitio aut per mo-
dum complacentie ita tamen quod opposi-
tum displicet et sic consilium / per modum
vero displicentie ita quod oppositum non
placet non est possibile reperiri / Et sic ha-
bemus numerum et sufficientiam et solutio obie-
cti / Quod enim obicitur quod voluntas bene-
placiti non est multiplex / dicendum quod
verum est quantum ad substantiam tamen quan-
tum ad connotata multiplex est ut
dictum est / voluntas enim absoluta conno-
tat effectum / voluntas conditionalis conno-
tat [illegible] ordinationem rei creature
[illegible] ad salutem / Ad aliud quod obicitur
[illegible] ratione modi significandi dicendum
quod ratione modi significandi est enim a-
lius modus significandi voluntatem
ut detestantem quod fit prohibitum
alius modus ut approbantem quod
fit preceptum / Ad illud quod obicitur

quod voluntas non est respectu mali sed
ex malo [illegible] per modum [illegible]
est respectu mali in se / ad 4m quod obicitur
quod omnibus bono redditur malum ex op-
posito, dicendum quod verum est sed bonum bono
supererogationis est oppositum malum
et non malum / consequitur cum supererogati-
onis oppositum minimum bonum, consequitur
aut oppositum malum sed non aliud et illud
quod oppositum bono precepti et ideo aliter
sub prohibitione / ad illud quod obicitur
de prohibitione dicendum quod illa importat
effectum et per hoc importat rationem si-
gnificandi ut visum est / ad 5m quod
obicitur quod consilio opponitur dissuasio,
dicendum quod sicut oppositio est una contrarium
quod est acceptio unius partis in for-
mitudine alterius sic contrarium quod non
accipit alteram partem determinate con-
cludit suasionem et dissuasionem
nam qui suadet consulit et qui
dissuadet similiter consulit aliquid

Circa partem istam sunt dubitationes
circa litteram et primo de hoc quod
dicit magister quod voluntas innititur de
relatione videtur cum [illegible] quod sicut cre-
ator dicitur ad creaturam et scientia ad sci-
bilem ita velle [illegible] ad volitum
sed sine [illegible] est deus [illegible] quod
illa dicuntur relative ergo et velle
Responsio dicendum quod magister accipit hic dici
relatione secundum relationem modum qui
distinguntur a modo dicendi secundum substantiam
et hec est personalis et ita accipitur
hic quod autem obicitur de relatione
rationis creature que est quantum ad mo-
dum intelligendi nec distinguitur
a modo dicendi secundum substantiam sed potest
dici quod magister loquitur secundum generalem
ponentis intellectum quod velle non
est tantum relative ut patre et creatore
sed etiam respectu dei / Tertio queritur de

hoc quod dicit deus scit omnia id est deo
est omnis scientie que de ipsius essentia
subiecta sunt omnia / videtur enim male
dicere quod similiter divine voluntati subiecta sunt
omnia quod voluntati eius nullus resistit ergo
deus vult omnia quod non [illegible]
Item ergo quero cum omnia scibilia sunt
subiecta divine scientie et cetera et similiter
volita quare non dicimus quod deus vo-
lendo se velit alia sicut sciendo se
scit alia. Item si in ~~[illegible]~~ [illegible]
[illegible] et cetera [illegible] in [illegible] quod non
est scientie quibus quare non et videtur
quod sit similis quod sicut divine scientie actus non
deflectitur contra deum et in sciendo se scit
omnia ita de voluntate videtur / Responsio dicendum
quod subiecta divine scientie non dicuntur sci-
bilia sive subiecta quod sunt inferiora
sed subiecta dicuntur respectu quorum est
actus divine cognitionis et hec quidem
sunt omnia cognoscibilia et ideo [illegible]
omnia similiter subiecta voluntati sunt respectu
quorum est actus voluntatis et hec non sunt
omnia volibilia ideo patet illud quod
queritur utrum volendo se velit omnia
dicendum quod velle uno modo dicit complacen-
tiam alio modo dicit [illegible] et primo dicit
complacentiam et hoc quod bene potest dici quod
volendo se velit omnia quia omnia pla-
cent ei que ab ipso et ad ipsum sunt
Secundo tamen dicit processum effectus
ab ipsa [illegible] actus [illegible]
[illegible] tamen res [illegible] et ideo dicit
[illegible] ad exemplar / unde sic non
[illegible] [illegible] sic [illegible] omnia sic
et in proposito / Item queritur de hoc quod
dicit quare deus fecit celum et terram
reddenda est causa voluntatis / videtur enim
male [illegible] quia tunc videtur [illegible]
omnia determinare / item [illegible] quod voluntas
dei non habeat rationem / sed [illegible]
illud [illegible] id est [illegible] voluntatis

sine Elo. voluntas dei est quod ratione
que est querere rationem. Ad quod dicendum quod vo-
luntas mea sic quod recedit a volito
et cum rationem habet et quantum ad se et
quantum ad volitum inquantum vult a-
liquid quod est propter finem. Sed voluntas dei
cuius actus est ipse quod non recedit
aliqua ratione alia a se tam quantum
ad se hec non potest volitum aut aliquid
habet aliam causam quam voluntatem aliquid
solam voluntatem ut in mundi creatione
voluntas habet rationem sed non causam quia non
est rationalis. unde non habet rationem
tamquam diversum a se sed idem re et ideo
voluntas dei non potest esse rationalis et propter
hoc in actibus suis totaliter sunt ab
ipsa sufficit ipsum scire nec oportet aliquam
aliam rationem querere etc. Patet illud.
Tertio queritur de hoc quod dicit quod voluntas
dei est causa omnium effectuum et [illegible]
videtur enim male dicere quia tunc cum voluntas
dei sit agens per intentionem videtur quod
nichil fiat casu et fortuna. Ad quod dicendum
quod deus quamvis sit causa omnium non tamen est
tota sed ipse cum causis talibus propter
hoc necesse quod effectus habet comparari et
causam supremam quam deus est. et non
evenit casu et fortuna. habet etiam compa-
rari ad voluntatem sive causam creatam que
est natura vel intelligencia. et sic multa
eveniant preter intentionem multa sunt
casu et fortuna. Tertio queritur de hoc
quod dicit Sicud est fit quod non contrariatur
de interiori aula summi imperatoris
videtur enim falsum quia peccata sunt et non
conformantur ad ipsum. Ad quod dicendum quod magister
non assumit hanc auctoritatem sicut habetur in
originali. Nam ibi dicit quod non imperatur
aut permittitur et ideo non habet locum ob-
iectio. Nichilominus tamen potest dici quod
magister restringit distribucionem suam

ad res que sunt a sua natura
vel dicendum quod ampliat verbum contrari-
andi ad facere et permittere. Tertio queritur
de hoc quod dicit quod monstruosi-
tatum an contra [illegible] et hec monstra et [illegible]
plura fiunt [illegible] voluntate. videtur enim falso
dicere quod monstrum dicitur determinatio
aliqua in natura que non est a causa
suprema. Pro quibus dicendum videbatur
quod monstrum dicit determinationem ali-
quam in natura et dicitur esse propter aliquam
sibi illa causam habet positivam que dei
est. sed determinatio illa non habet causam
positivam sed privativam et hoc est propter
defectum virtutis agentis ad materiam quia
enim non superhabundat aut deficit secundum
proportionem caloris operantis et virtutis.
Et magister loquitur de monstris quantum
ad illud quod habent subtractum tamen aliter
potest dici quod monstra etiam sunt a deo per-
mittente. quia pene sunt etc. habent ta-
men ordinis causas quamvis deus non
faciat. cum ordinem in fine facit [illegible]
[illegible] aliquod causam non precipitur vel
ad vindictam vel ad iram. Item
queritur de hoc quod dicit plurimi vani-
tati phylosophorum aliis aliis attribuerunt. vi-
detur enim quod non bene dicit quia philosophi causas
alias vere attribuerunt quod in hoc va-
ni non sunt ut patet luna eclipsatur
eo quod terra interponitur. Ad quod dicendum quod illo
ideo dicuntur vani quia alias tribue-
runt sed sic alias tribuunt ut tamen
ad causam supremam referrent et re-
cederunt quia ad causam primam et
supremam non venerunt. que sola est
causa simpliciter prima et simpliciter rationa-
lissima. Tertio queritur de hoc quod
dicit quod divina voluntas non recipit
in se multiplicitatem. videtur non quia
quia plures sunt ydee eo quod

plurium ydearum · ergo simpliciter plures
voluntates quam plura volita / Respondeo
dicendum quod non est simile sicut patet in quaestione
de ydeis · quia voluntas dicit quod plus
se tenet ex parte voluntatis et secundum
esse et secundum rationem dicendi · et ideo
re et ratione una est voluntas bene-
placiti · sed ydea secundum rationem dicendi
plus se tenet ex parte ydeati quia
similitudinem eius dicit et cognitionem secundum
rationem intelligendi et dicendi mo-
tum dicit in nobis a rebus ad
animam secundum rem · sed in deo secundum rationem
intelligendi voluntas autem non ·
ideo hac duplici ratione gradatur(?)
de ydeis non de voluntate / Ad quintum
de hoc quod dicit Et voluntas non
recipit mutationem · videtur cum signum
quia deus nunc vult aliquid esse
quod prius non voluit · ergo videtur
quod desinat velle · et sic incipiat
ergo videtur divina voluntas mutari
Respondeo dicendum quod in huiusmodi locutionibus est
solum relatio temporalis mutatio quod re-
fertur ad divinam voluntatem ratione
eius quod incipit incipere et desinere in
actibus illis qui connotant aliquid
de presenti · Si cum dicitur deus vult
hoc esse futurum ab eterno voluit ·
sed tamen ... in actu sive actualiter
causans non fuit nisi quando fuit volit-
um · i. pro illo instanti in quo actus
voluntarius copulatur ... non ante
ipsi subiecto volenti · et sic patet quod sit
tempus actualis in presenti nulla sit
in ea mutatio · quia semper volu-
it et ista acta sunt · sed eius in ac-
tu non sunt nisi pro tempore quo volu-
it · ita quod nulla nova divina voluntas
incipit · sed solum effectus incipit
Ad quintum de hoc quod dicit · Et
deus iratus dicitur sed non est ira in

eo videtur cum male dicatur quod ira in
deo est virtus rationalis et concupiscibilis ergo
pari ratione ponenda est in eo ira-
scibilis · ergo sicut nec in eo est actus con-
cupiscibilis et amoris ita et actus irascibilis
Respondeo dicendum quod irascibilis aliquo modo sonat
in differentiam de ratione sui nominis
et ideo dicunt aliqui quod nullo modo re-
cipitur in deo nisi transsumptive · tamen ali-
actus huiusmodi virtutis in nobis sunt glorificari
et dominari · et hii sunt in deo quia
non sunt(?) simpliciter et hec virtus · et propterea dicendum
quod in deo vere est et hec virtus glorificandi
et dominandi que est ipsa divina scientia
sed ira licet passionem connectam(?) de ra-
tione sui nominis ideo non recipitur
in deo · nec irascibilis nisi ira nisi trans-
sumptive et similitudine transitive(?) · et nondum(?)
quod deus habet signa ire non que
significent iram in ipso · sed que significant
iram in nobis · et non sunt(?) in nobis
sunt / Ad quintum de hoc quod dicit
quod precepit abrahe ymolare filium
nec tamen voluit · ergo secundum hoc videtur
quod preceptum solum signum fuit / Respondeo dicendum
quod voluntas dei volebat fidem et in-
nocentiam abrahe manifestari in preceptum obe-
dientia(?) et hoc deus volebat · et hoc
signum importabat et non sed tamen secundum
determinationem abrahe plus importa-
bat · et pro illud plus quam abraham intel-
ligebat dicit fidem cum probabat · ra-
tio non in signo fuit nec in abra-
ham deceptus fuit · sed probatus

[H]ic oritur questio

d. xlvi

Dictum est ii in superiori di-
stinctione(?) hec est 2a pars huius totalis
tractatus de voluntate in qua magister agit
de divine voluntatis impletione · et habet
hec pars duas partes in prima susp...

ex precedentibus quod dei voluntas bene
placiti semper impletur removet du-
bitationes. In 2a explicat veritatem
istam bene premissam. Voluntas dei quippe
semper efficax est. Prima pars habet duas par-
tes. In prima ingenue removet dubita-
cionem per comparationem ad bona. In 2a per
comparationem ad mala ibi Tractatorum non con-
stat omnia bona que fiunt etc. Prima
pars habet duas partes. In prima ingenue obi-
cit. In 2a solvit ibi Sed audiamus
solucionem tractatorum non constat etc. Illud
est 2a pars in qua ingenue inquirit utrum
voluntas dei impleatur respectu ma-
lorum et ponit enim inquirit utrum
velit deus mala fieri. Que sunt
hic due opiniones quarum una fuit
quod deus velit mala fieri et hec opi-
nio est falsa. Alia opinio est quod deus
non velit mala fieri et hec opinio est
vera. Tractatus hec pars habet duas partes.
In prima ingenue ostendit ad partem falsam.
In 2a offerunt ad partem veram ibi
Si quis igitur diligenter attendit etc.
Prima pars habet duas. In prima adducit
rationes ad defensionem false opinionis.
In 2a ponit solutiones quas assi-
gnant illi qui sunt graviores posi-
tionis et hoc ibi Illi vero qui dicunt
dei voluntate mala non fieri. Et utraque
pars duas habet. Nam in opposito du-
as inducit rationes quarum una ea-
rum sumitur alia auctoritas et sim-
iliter pars in qua solvit dividitur quia
ponuntur ibi due responsiones iuxta
duas obiectiones. Si quis igitur
diligenter etc. Illud est pars illa in qua
conatur ingenue ad veram partem as-
cendam et hec pars habet duas. In pri-
ma inducit rationes veras. In 2a

dissolvit quasdam rationes sophi-
sticam et hoc facit ibi Tamen suf-
ficienter ostensum est etc. Prima pars ha-
bet tres partes secundum tres rationes quas
inducit. Prima sumpta est ad hoc
quod idem est deo fieri auctore et deo
volente et ponitur ibi Si quis di-
ligenter etc. 2a sumpta est ad hoc quod
tandem est ut quia malum fit et quia
homo fit deterior et ponitur ibi Deni-
que angeli queramus etc. Tercia sumpta
est ad hoc quod malum facit tendere
ad non esse et ponitur ibi Item cum
aliud dicitur quod deo auctore etc.
Illud 2a pars in qua dissolvit ratio-
nes sophisticas tres habet. In prima illam
ponit ibi Tamen sufficienter ostensum
est etc. In 2a dissolvit ibi Communi-
cabile est nobis videre etc. In 3a
redit ad veritatis assertionem dicens
hanc partem esse veram quod deus non
volt mala fieri ibi Illud et alia etc.

D emendenciam eorum que deter-
minat ingenue in parte bene sa-
pimus. Primo queritur utrum deus
velit omnes homines salvos fieri
voluntate beneplaciti. 2o queritur utrum
deus velit mala fieri. Tercio utrum
mala fieri sit bonum. Quarto utrum
mala ordinentur a deo. Quinto et ul-
timo utrum mala augeant decorem
in universo. Ad 1m, utrum deus velit omnes
homines salvos fieri voluntate beneplaciti,
videtur sic. 1 Thi 2: volt omnes
homines salvos fieri. Sed constat quod
hoc non est dictum de voluntate signi
quia nec precepti nec impletionis nec
alicuius alterius; hoc enim non cadit
sub precepto. Quod constat etc. dictum
de voluntate beneplaciti. Item Damas-

~~2º lib. oppt forte quia deus vult a~~ttendentes omnes homines salvos fieri. et regni sui potiri firma non est ... primum plasmavit nos deus. Ideo cum voluntatis antecedens sit voluntatis beneplaciti que est bonitas que sunt bona investigabilis voluntate beneplaciti vult omnes salvos fieri sive salvari. Item omnis causa futurum vo(lt) omnes homines salvos fieri quantum in se medium habeat dilectionem. Cum ideo deus summam habeat dilectionem et caritatem videtur quod ipse velit omnes homines salvos fieri. Item sicut vult ... primum unum sic et ad alia sive ad omnes. Ideo quantum est de se omnes uniformiter diligit. Ideo si vult aliquos salvari et omnes. Vel si de aliquibus non vult pari ratione de nullis. Contra hoc primo est instantia que addunt magis in lexo(?). Si vult omnes homines salvos fieri et de omnibus plures dampnantur quam salvantur. Ideo voluntas eius frustratur et cassatur quod est contra veritatem apostoli. Item omnes quos deus vult salvari eligit ad salutem. electio enim dei non dicit aliud quam dilectionem ad salvandum. Ideo si omnes vult salvos fieri omnes sunt electi. Contra Matthei xxii Multi sunt vocati pauci vero electi. Item in predestinatione non sunt nisi hec duo scilicet prescientia et voluntas salvandi ... quare deus dicitur predestinare. dicitur ... ponit dare gratiam et gloriam preparare. predestinare dicitur. Ideo cum prescientia dei sit omnibus ... si voluntas salutis est respectu omnium ideo omnes sunt predestinati. Sed omnes predestinati salvabuntur. Ideo omnes salvabuntur. Quod est contra fidem. ~~Ad hoc dicitur in-~~

~~quod duplex est voluntas absoluta et~~ conditionalis. Et dei absoluta voluntate solum vult salvare quos presciunt conformes fieri imaginis filii sui et istos predestinavit. Voluntate vero conditionali vult omnes si ipsi velint. Tunc obicitur quod voluntas conditionalis non videtur convenire deo. Quia hec est voluntas semiplena. Deus autem quidquid vult plene vult et iterum quidquid facit plene facit. Et iterum hec conditionata voluntas aut est voluntas beneplaciti aut voluntatis signi. Si signi hoc nichil ad propositum. Quia voluntate signi non vult omnes homines salvos fieri. Si voluntas beneplaciti sed hec una tantum est et non est semper impleta. Ergo omnes homines salvantur et preterea hec voluntas conditionata quia dicitur quod vult si ipsi velint locum non habet in parvulis qui moriuntur. Ideo adhuc non solvit ista distinctio. Item cum sic dicitur vult hunc salvari aliquo demerito aut hoc quod est velle aliquid consequitur aut nichil. Si nichil ideo pari ratione potest dici de lapide quod deus vult hunc salvari. Si aliquid non nisi salutem. Ideo sequitur si vult hunc salvari quod iste salvabitur. Specialiter ... velle si dicatur quod denotat possibilitatem et ordinabilitatem ad salutem obicitur tunc quod de quolibet ordinabili ad aliquid potest dici quod deus velit. Sed quilibet clericus est ordinabilis ad episcopatum et quilibet miles ad dignitatem regiam. Ideo deus vult omnes clericos esse episcopos et omnes milites esse reges. Quod non conceditur. ... quod cum apostolus dicit quod deus hoc vult scilicet omnes homines salvos fieri sed nunc homines credere quod deus velit. et cum non possit exponi de

voluntate signi nisi hominis opponit
de voluntate beneplaciti. sed omnium hominum
omnes salvarentur et voluntas dei impediri
frustrari. ideo notandum est quod stat stat
vis in modo distribuendi. vel in modo
volendi et primus doctor angelicus dupli-
cem facit vim in modo distribuendi
in ea dicit. uno modo quod distributio sit acco-
moda sic et sic. omnis homo timet
in mari secundum quem modum loquendi
intelligitur qui est in mari. sic angelicus
exemplificat. si dicitur magister iste docet
omnes pueros de ista civitate. quod si
docet omnes qui addiscunt. nullus enim
doceretur nisi per ipsum. similiter deus vult
omnes homines salvos fieri quia nullus
salvatur nisi velit deus. et ideo ordi-
dus est ut velit. facit etiam alio modo
vim in distributione secundum quem modum
distribuendi quod sit fieri pro singulis
generum et est sensus et non intelligit apostolus
sic. vel pro generibus singulorum etc. vel
quia deus de omni gente voluit et
vult aliquos salvari. et de grecis et la-
tinis. et de prelatis et subditis. et de
omni gente et ideo dicit apostolus pro
omnibus esse orandum. hec est expositio
augustini cui magister innititur. et notandum est sic
vel sic salvari. supposito quod velle dicit
ibi velle dei quod est de velle pla-
cito quietativo sine voluntate absoluta de
qua verum est dicere omnia quecumque
voluit fecit. sed damascenus facit vim in modo
volendi. distinguit enim in deo voluntatem
antecedentem et voluntatem consequentem et
voluntas antecedens est voluntas vel cuius
principium quod deus hominem facit. et est
irrefragabiliter bonorum voluntas antece-
dens est voluntas non que sequitur

meritum sed que vult aliquid secundum
se absolute meritorum prima si antecedens
dicitur a meritis voluntas conditionalis
sive voluntas qua deus vult quantum
in se est. 2a autem. si quis dicitur absoluta
Sed autem inter hanc voluntatem et illam
non est secundum diversitatem assistentis
sive modi volendi que sit in deo
sed secundum rationem connotandi et intel-
ligendi. patet enim deus dicitur velle
omnium salutem quantum in se est et an-
tecedens connotat in omnibus homi-
nibus ordinatis ad salutem tam ex
parte ut date tam ex parte gratie oblate
dedit enim deus naturam secundum quam
possent eum cognoscere et cognitum dili-
gere et dilectum invenire. et merito
te inherere ad per hoc salutem obtine-
gratiam scilicet obtulit. dominum scilicet mi-
sit et obtulit omnibus remedium salutis
suffit. leges etiam et mandata
dedit ut salvarentur et crudit ipse et passus
est omnibus impenitentibus et pre est
omnibus invocantibus eum. velle igitur
hominem antecedenter salvari est or-
dinatum ad salutem facere et volenti pro-
venire non deesse. velle ergo ante-
cedenter salvari non connotat salutem
sed ordinabilitatem ad salutem velle
autem consequenter sive absolute salvari
est velle dare salutem ei quem
perfecit ad salutem pervenire per suum
auxilium et gratiam et connotat salutem
eventum. etc. non est dicendum quod deus ve-
lit omnes homines salvos fieri. huic
expositioni magis consonat magister quo-
niam ergo bona sit. secundum hanc igitur
videndum quod deus vult omnes homines
salvos fieri quantum in se est sine

voluntate antecedente, non autem voluntate absoluta
sine consequente. et quia illa non connotat ef-
fectus eventum, ideo non impeditur
in hoc quod non omnes salvantur. patet
ergo responsio ad illud quod obicitur de
predestinatione sive electione quia in illis
claudebatur voluntas absoluta, non so-
lum antecedens. patet ergo responsio ad
ultimum de connotatis. ad illud tamen
quod obicitur quod voluntas condicionata non
cadit in deum, dicendum quod non ponitur
in deo vellectas quantum ad effectum
plenitudinis voluntatis nec propter diversos
modos loquendi volendi, sed propter
aliam comparationem in connotatum. et
patet illud. ad rationes vero ad oppositum
quod deus vult omnes homines salvos
fieri. respondendi potest ad duas primas
que verum concludunt et vere. ad
illud autem quod obicitur de caritate
hominum, dicendum quod non est simile quia nos
nescimus merita hominum, sortem finalem.
et si quis sciret aliquos esse
reprobos, quantum in ipso est de-
beret eos velle salvari, non tamen
voluntate absoluta. sed hec melius
infra patebunt. ad illud quod obicitur
quod deus unus modo se habet ad
omnes, dicendum quod illud dicitur per-
fectionem quantum ad eorum gubernationem,
non quantum ad eorum perfectionem vel quan-
tum ad [illegible], non quantum ad gratiam.

Ad quintum utrum deus velit
mala fieri et quod sic ostenditur
per augustinum quod deus non vult nisi quod
impossibile est fieri. ergo per convenientiam
etc. quod possibile est fieri deus vult illud.
sed malum possibile est fieri. ergo ma-
lum fieri deus vellet. item omnis in-
stitutus vult omne quod iustum est. sed
omnis pena iusta est, ut dicit augustinus,

et de malo pena. ergo omne malum
quod fit a deo est volitum fieri. quod de
malo fit pena patet per augustinum primo
confessionum. iussisti domine et sic est
ut omnis animus inordinatus pena sibi
sit. item duobus oppositis propositis me-
dium non est medium. unde est alterum
esse volitum. sed deitate peccante
istud peccare istum non peccare sunt
opposita. ergo deus vult alterum. sed quod
quod vult deus fit. ergo si vult
istum non peccare iste si peccat quod est
contra ypothesim. vult ergo istum peccare.
sed hoc est malum. ergo malum fieri
est a deo volitum. item omne volens
aliquid voluntate explicata et deliberata vult
illud sine quo illud non potest esse. quantum
cum aliquis vellet esse abbas sed non
monachus tamen si deliberatione vult
volt esse abbas volt prius esse mo-
nachus. sed deus vult aliquid bonum
quod numquam potest esse sine malo, sicut
sanctos suos probari et pati, et filium
suum. ergo etc. Contra nihil est ab
aliquo volitum vel volibile quod
omnino displicet ei et est odiosum.
sed ecclesiastici XII dicitur altissimus odio habet
peccatores, sed non nisi ratione peccati sive
mali. ergo multo magis odit ma-
lum. ergo non vult illud fieri. item
augustinus in libro LXXXIII questionum idem est fieri
deo volente et deo auctore. sed ma-
lum non fit deo auctore. ergo malum
non fit deo volente. primum supponit ipse
augustinus probat quod nisi homine sapi-
ente fit homo deterior. ergo multo
fortius non fit deo. item ratione videtur quod
omnis voluntas aut denominatur
a volito aut denominat volitum.
si ergo deus vult malum aut vo-luntas

est malicia. aut si voluntas est bo-
na volitum est bonum. ergo aut nichil
est malum. aut deus est malus. si vult
malum fieri sed utrumque falsum. ergo etc. Item
omnis volens malum vult sub ratione
apparentis boni. ergo omnis volens ma-
lum decipitur. ergo si deus vult fieri
mala deus decipitur quod est impossibile.
Item omnis qui vult aliquid quod non potest
est miser. sed deus non potest malum facere
sicut probatum est. ergo si vult illud
est miser. sed hoc impossibile. ergo etc. Pro
dicendum quod sicut probant ultime rationes
malum non est sine illo ante. sed
tamen sine illo volitum a deo volibi-
le malum nomine culpe quia omnis vo-
luntas ordinata est cui placet et
malum. et hoc omnes concedunt. Sed
tamen aliqui volunt dicere quod deus
vult malum fieri tamen ipse non est
causa eius sed aliis deo volente et
hoc quidam dicebant deum velle
non ratione sui sed ratione eius. et
quod inde elicit. sed hoc est contra Angl
sit quidem [illegible] in lectura qui hanc
opinionem improbat. ideo neutrum est conce-
dendum. sed si alicubi legitur opponendum
Ad illud quod obicitur in contrarium quod deus
non vult quod impossibile est non fieri dicendum
quod non velle dicitur dupliciter aut negati-
ve aut privative. si negative non
est verum id est nec Anselmus ita intelligit
si privative tunc volt non est vera
deo et est contra personam eius quod est no-
lo et hoc modo dicitur deus velle quod
absolute volt non fieri. hoc autem modo
non est dicendum quod deus velit mala
fieri et hoc modo non tenet quia quod
non tenet in generis sed in contra-
riis. Ad illud quod obicitur quod duobus
propositis unum est alterum facere. non

unum est velle alterum. dicendum quod
loquendo de voluntate beneplaciti non
est sic. Nam secundum est ratio omnium que
sunt voluntatis. aut beneplaciti non
est ita ratio eorum que sunt ab ipso
Ad illud quod obicitur quod quicumque iniustum
vult iniustitiam etc. dicendum quod aliquid
dicitur iniustum dupliciter in se scilicet et quod or-
dine quod iniustum est in se simpliciter non
quod est a deo volitum. quod non est iniustum
ex ordine est volitum a deo et sic
volitum quod ordinatum est et quod ma-
lum non est volitum simpliciter quod malum
sed simpliciter quod punit et ita verum quod
ordinatum. et ita simpliciter id quod est non
est volitum. Ad illud quod obicitur quod qui
vult aliquid vult omne illi annexum
dicendum quod velle aliquid est dupliciter
aut voluntate antecedente aut consequen-
te. quod vult aliquis voluntate antece-
dente vult omne annexum illi ne-
cessario quod non vult voluntate consequente. potest
enim velle sine annexo sicut cum ex
malo bonum elicitur quod non eliceretur
nisi prius illud malum displiceret
et bonum elicitum complacet ei qui
novit elicere. potest tamen videri per ins-
tantiam quod volens voluntate complacentie
vult aliquid non vult tamen illud quod
consequitur sicut vult aliquis aliquem
surgere sed tamen non vult ei occidisse
tamen potest aliter dici et melius quod vel-
le aliquid sine alio est dupliciter aut
velle hoc et non velle aliud quia
verum placet et aliud displicet et
est possibile in hiis que inseparabiliter
sunt iuncta. alio modo velle aliquid
sine alio est dicere velle ad sine
illo esse. et hoc modo velle aliquid
sine alio est dicere velle aliquid

sine illo esse. et hoc modo velle
aliquid sine inseparabiliter annexo
est velle impossibile. primo modo non
sequitur quod velit id quod secundo modo sine
illo. secundo modo non est idem sine illo esse
re sed tamen sine illo volito et
est exemplum sensibile. volo enim aliquem
cum cecidit surgere. ita quod volo
eum non cecidisse non tamen volo quod
surgat ita quod non cecidit

Circa quintum punctum quod mala fieri
sit bonum. et quod sic ostenditur
hoc modo. quod expedit facienti ad
salutem illius est bonum sed ma
lum est huiusmodi. unde super illud Ro
manorum diligentibus deum omnia co
operantur in bonum glossa et ipse Augustinus
et Augustinus xiiii de civitate dei capitulo
... Audeo igitur dicere superbis esse
utile cadere in aliquod apertum
manifestumque peccatum unde sibi
displiceant qui iam placendo
ceciderant. ergo malum fieri est bo
num et utile facienti ad salutem.
Item quod est bonum deo et univer
sitati est bonum simpliciter quia bonum
quod praefertur bono privato sed ma
lum huiusmodi est bonum universitati quod probatur per
Boethium in libro de consolatione sola divina vis
est cui mala bona sunt. et
Augustinus in libro confessionum tibi omnino nihil
omnino malum sed nec universae creatu
rae quod nihil est extra quod irrum
pat ordinem quem imposuisti. ergo si
malum fieri est bonum universitati
patet etc. Item omne quod ex suo bono est ipsum
procedit bonum est sed quod ex se malum
facit est bonum ergo etc. Minor patet
per Augustinum xi de civitate dei. Nec enim deus
malos esse praescisset nisi pariter cognos
ceret quibus eos bonorum usibus ac
commodaret. Item omne quod iustum

est bonum esse sed mala fieri iustum est
quod poena est peccati praecedentis sicut vult Augustinus
ergo malum fieri bonum est. Contra malum
fieri est malum in esse produci si ergo ma
lum fieri est bonum productio mali est bo
na sed hoc est in arte topica omnis
generatio vel productio boni est ipsum
bonum ergo si productio mali est bona
malum est bonum. Item malum fieri est idem
quod bonum privari sive corrumpi ergo si ma
lum fieri est bonum corruptio boni est
bona sed hoc est quia corruptio bona
ipsum corrumpit malum ergo si corruptio bo
ni est bona bonum est malum quod absur
dum est. Item de duobus contradictoriis
si unum est bonum et reliquum sed malum
fieri et malum non fieri sunt contradictoria
ergo si malum fieri est bonum et malum fi
eri non est bonum sed a bono nullus est
puniendus ergo nullus faciens mala est
puniendus. Item si oppositum in opposito
et propositum in proposito si ergo malum
fieri est bonum ergo bonum fieri est malum
sed hoc absurdum est quod malum sit
fieri bonum ergo et primum. Item si malum
fieri est bonum aut ergo in se aut quia
ex ipso evenit vel sequitur bonum
non in se constat si ergo quia inde evenit
bonum qui dicit faciamus mala ut
veniant bona bene dicit ergo male
apostolus reprehendit. Responsio ad praedictorum
intelligentiam notandum quod in operibus
illud dicitur bonum est vel utile sine
consensu quod in finem bonum ducit sive
est via ad bonum ducens per se ad bo
num ... per se aliquid sive per modum causae
vel per modum causae vel per modum occa
sionis et differunt haec tria. Nam causa
per se ducit ... ad quod ponitur
quod est producens et tendens sed causa

sinat intentionem sed non operationem
sic patet in fodiente qui invenit
thesaurum preter intentionem occasio autem
sinat utrumque sed cum dicit philosophus pro-
ducens, sed magis dicit agens quod primum
efficit vel efficiat sic agens ex verbo
audito percipit aliud. verbum auditum fuit
occasio non efficiens principale nec
cooperans efficienti sed quodammodo effi-
ciens. et hec occasio duobus modis est
quedam enim est que quodammodo habet rationem
actionis quedam quodammodo habet rationem actionis
que quodammodo excitat efficientem sicut
malum exemplum ad peccatum. vel que habet
rationem passivi ut corpus agens su-
mit rationem sic agens ex malo al-
terius excitat se ad faciendum bonum
secundum hoc intelligendum [illegible]
dicit scilicet [illegible] et nam ordinabiliter
et ratione malicie operatur ad bonum
quod dicitur sic occasio passiva ratione
boni ex sua substantia. sive occasio a
quo non activa [illegible] quod de occasio
boni. cum igitur agens ducat in bo-
num pluribus bonis modis [illegible] sic declaratur
[illegible] agens cum [illegible] aliquid
ad aliud aut ex se aut per se ad finem et
finis tenet rationem cause per se aut per
ducit per aliud ad ipsum tamen non ordinat
nec illud ad finem, sed ambo simul
[illegible] tenet rationem causa qui est ex [illegible]
[illegible] ex hoc igitur patet quod
quod ducit per modum cause habet in se ra-
tionem ordinationis in finem et ideo in
ipso est bonitas et ideo recte denominatur
bonum, quod vero ducit per modum occasionis
nullam habet in se rationem ordinationis
in finem ideo nec bonitatem et per
hoc non potest denominari bonum [illegible]
nisi [illegible] adiacente illius per quod

ordinatur in quo consistit ratio
ordinationis et bonitatis. et ideo quod
ponitur bonitas. cum igitur malum
non ducat ad bonum ex se, sed per [illegible]
quod dicitur ex ipso a sapiente deo. ab-
solute loquendo malum fieri non est
bonum, unde omnes [illegible] sunt
negande que bonitatem notant ponit
[illegible] ipsum malum. Si autem addatur bo-
num quod dicitur vel ipse dicens sic conce-
dende sunt huiusmodi locutiones malum
fieri est bonum ei qui novit ordi-
nare in bonum. similiter malum fieri
est bonum ut electi proficiant. et hac
ratione patent due questiones precedentes
dicit cum omni determinatione sicut patet
in ipsis auctoritatibus, ad illud quod
obicitur secundo quod usus boni est re-
[illegible] duplex est usus rei [illegible] ad
que res de se ordinatur et de tali
verum est. sicut patet de equo qui est
ad equitandum alius usus qui est alius
et ex parte [illegible] et iste potest esse bonus ex
bonitate utentis non utibilis. quia
bonum utens bene utitur malis. et
de tali usu non est ratio vera. et de
tali loquitur augustinus. Ad illud quod obicitur
quod iustum est bonum etc. dicendum quod mini-
sterium est duplex. unum iuste ordina-
tum per iustitiam que est virtus et
omne quod sic iustum est bonum est. quoniam
non se habet iustitiam vel [illegible] deter-
minatum iustitie. et potest malum [illegible]
dere sicut cum malum fecit ad redden-
dum iustitie disponere ita et [illegible]
et hoc non dicit ordinationem iusti-
tie alio non sequitur quod sit bonum quod
iustum plus importat rationem ordi-
nationis [illegible] iste non est [illegible]
quod dicitur iustum est ut qui in [illegible]

est sordescit immo valde per actus
intellectus est istud est ut relinquatur
a deo et ad hoc scripsit quod adhuc sor-
descit unde per accidens intelligit
Variis arguitur utrum mala
fieri sit verum et videtur quod sic quia
de quolibet affirmatio vel negatio vera
sed hec est falsa illa mala fiunt
ergo oppositum est simpliciter verum scilicet
fieri mala. Item veritas est adequatio
rei et intellectus ergo si aliquis
homo intelligit sicut est in re ve-
ritatem esse et intellectus et intel-
lectum sed qui intelligit mala fieri
recte intelligit ergo si recte intelligit
intellectus est verus ergo mala fieri
est verum. Item veritas sermonis asse-
rit veritatem in dicto unde si So-
crates currit sortem currere est
verum ergo si malum sit malum fieri
est verum sed malum sit constat ergo etc.
Item veritas dicentis ponit veri-
tatem in dicto sed deus qui non
est mendax dicit mala fieri omnes
quia cogitatis mala in cordi-
bus vestris ergo verum est mala co-
gitare pari ratione verum est fieri.
Contra verum et bonum convertuntur sed
mala fieri non est bonum ut sup-
ra batum est ergo mala fieri non est verum.
Si forte dicas quod verum est de verita-
te complexi contra omni veri-
tate quia omnis veritas entitatis spe-
ciem est et omne quod participat rationem
entis participat rationem boni ergo etc.
Item omnis veritas est a veritate pri-
ma ergo et omne verum a primo vero si ergo
malum fieri est verum malum fieri
est a deo sed hoc est improbatum ergo etc.
Si tu dicas quod id est verum de veri-
tate rei non signi hoc nichil est.

Item sicut a deo sunt res ita et si-
gna et Ambrosius dicit quod de verum
est a spiritu sancto a quocumque dicatur. Loquitur
ergo de veritate in sermone et ita de
veritate complexionis sive signi. Item
omnis veritas signi sive complexionis
ergo veritas huius istud fieri oritur hic
a veritate fieri sed fieri hic non dicit
accidens verum nisi defectivum ergo
pari ratione istud fieri non est simpliciter
verum. Si tu dicas quod veritas com-
plexionis duplex est scilicet primo pronunciationis
et negationis et prima causatur a veritate
rei, secunda vero et falsa non causatur. Contra
philosophus generaliter dicit quod ab eo quod res
est vel non est oratio dicitur vera vel
falsa ergo hoc verum verum est. Item omne
quod modo verum est de preterito ab eterno
fuit verum de futuro ergo si malum est
hoc non verum ab eterno fuit verum
nisi esset deus vel in deo ut in causa
ergo a deo sed hoc falsum ergo etc. Respondeo dicendum
quod sine distinctione concedendum est quod
mala fieri est verum vere enim enun-
tiatum et recte intelligitur verum enim
dictum de complexo consistit compositionem
sicut dicit philosophus quod veritas et falsitas
circa compositionem consistit et ideo dicit
veritatem signi signum autem est cum
ipsum significat rem sicut habet sic se habe-
tur enim de adequatione et ideo cum
ita se habeat in re sicut signum expri-
mit simpliciter loquendo verum est ma-
la fieri. Ad id quod obicitur quod verum
et bonum convertuntur dicendum quod illud
verum est verum si res et verum est bona
et si signum est verum et bonum sed non
convertuntur quod si signum sit verum
quod significatum sive res sit bona et
ideo hic est fallacia accidentis.

omne verum est bonum sed istud complexum
est verum, ergo istud complexum est bonum. Ex
relatione modorum conformitatis. verum
enim predicatur de illo dicto ratione compo-
sitionis cum sit dictum modalis. bonum
vero ratione attributionis et hanc instan-
tiam facit magister in lectura. Aliud modum
arguendi est hic: audio angelos can-
tare, sed angelos cantare est verum, ergo
audio verum. consimilis modus argu-
endi est in illa: omne verum
est a deo, istud complexum est verum, ergo etc.
et ideo aliter solvendum est ad id quod
obicitur quod veritas signi est a verita-
te rei, dicendum quod verum est. tunc non significatum
est verum quod significat rem non esse que
non est et non habet veritatem cum
illa non sit. Nam sic aliquod in-
sexto perfectionis(?) aliqui respondent ita
quod definitio plene potest significari
dupliciter: non significat ab eo quod res est
tamen sed est vel non est et est similis ab
eo quod res est. et dictum vero quod sig-
nificat rem esse et ab eo quod non est
est falsa que significat non esse. contrario
intelligendum in re que non est. dupli-
citer primus sensus est eius primum quod tamen
dicto que significat aliquod complexum vel
simplex. verum est tamen quod omnis ve-
ritas complexa super aliquod fundatur
sed non oportet quod super rem intellec-
tam sed super intelligentem in quo dicto
habet esse. et sic patet illud posset tamen
dici quod fundatur super eius primum quod
ratione determinationis unum ens est sim-
pliciter per adiunctionem que est sim-
pliciter. Non tamen quod de fundamento
veritatis propositionis dicitur modo secundum
dubia. Aliqui enim distinguunt sic

tantum est complexum veritatem ora-
tionis. si primus ut cum dico cesar
est homo, secundus ut cum dico
cesar est homo mortuus, negatis
ut cum dico cesar non est. primam
dicunt fundari super eius simplex
rem super eius primum quod et tertiam
hec dicunt fundari super aliquid
quod talis oratio nichil ponit. sed
tamen illud non videtur sufficere quia
cum dico hec oratio est vera verum
ponit aliquam conditionem entis.
ergo necesse est super aliquod fundari quod
sit. et ideo dicunt alii quod fundatur
super principia rerum sed hoc non
sufficit quia esto quod cesar omnino sit
corruptus et quod primum materia et primum forma
adhuc tamen verum est iste cesar fuit
sive cesar non est. et ideo dicunt
alii quod fundatur super intelligentem
sed adhuc illud non videtur sufficere
quia esto quod nullus intelligat actu
adhuc oratio ista est vera scripta in pa-
riete: cesar fuit. ideo dicendum quod cum
veritas orationis sit veritas signi significat
dicit conformitatem absolutam sicut
nec unitas quevis sed respectivam
sic signum cum omne sit conveniens
significare aliud quam significare. et ideo
sicut ad rationem signi non oportet
rem esse entem sed cognoscibilem
sic nec ad rationem vere significationis
et quia omne quod intellectus capit vel
est ens vel capit sub ymaginatione
seu comparatione ad ens ideo omnis sig-
nificatio significantis vel fundatur sim-
pliciter super esse ut si dicat petrus
est vel in ordine ad ens. Unde

propositio de futuro fundatur super ordine
eius ad finem. Similiter propositio de
futuro sic propositio negativa ut si di-
catur cesar non est aliquid cum eius
esse non est cesar. etc. De aliis
similiter si dicatur chimera non est ens
terminus / Ad id quod obicitur vel
quod malicia fuerit vere ab eterno
dicimus quod ad hoc quod aliquid sit verum
non oportet quod sit in deo tamquam in
causa, sed sufficit quod sit in dei prescientia
quamvis non sit verum. Ad hoc autem quod
aliquid sit in dei prescientia sufficit quod
ipsum vel eius causa vel eius op-
positum sit in deo tamquam in causa
sicut supra dictum est de cognitione dei

Quinto queritur utrum malum
sit ordinabile a dei voluntate
et quod sic videtur quia super illud psalmi
Domine deus meus in te speravi glossa
qui videt multa aliter sic ordi-
nari a deo ut pulchritudo univer-
sitatis ex nulla parte violetur in de-
bitis laudat deum distinctione
dicens aliqua fecisse et ordinasse
unumquodque bonum aliud non fecisse sed
ordinasse ut malum / Item angeli in
eternum mali bene ordinati et loco
suo positi universitatis commendant
bonum / Item ratione videtur quod omne me-
ritum ordinatur ad premium sive retri-
butionem sed malum meretur penam
sicut bonum gloriam ergo et cum bonum quod
sit ordinabile pari ratione malum
culpe / Item peccantes in suppliciis
ordinantur sed propter quod unumquodque et illud
magis, sed mali non ordinantur in
penis nisi propter mala ergo malum
culpe magis est ordinabile / Item omne
quod agitur de eo in se ordinatum
est ordinatum sed malum aut de-
cedens in universo istud est ordinatum
ergo etc. Privatio motus angeli in presen-
tia dei sicut pictura cum colore nigro
suo loco posita pulchrior est ita univer-
sitas rerum ex peccatoribus est pulcra
Contra angelus malus est privatio modi
speciei et ordinis, sed nulla privatio parti-
cipat id cuius est privatio ergo si malum
eo quod malum privat ordinem malum
non attingit ordinatur / Item quod non est in-
est ordinabile nam ordo presupponit
esse sed malum in eo quod malum nichil
est ergo non est ordinabile / Item omne or-
dinabile est ordinari possibile sed ma-
lum non est possibile deo quia deus non
potest facere malum ergo non est a deo or-
dinabile / Item si malum est ordinabile
aut ordine priori in virtutem aut in
finem, non primo modo quia malum nullius
est principium, si secundo modo ergo cum bonum sit
aliquid quod ordinatur in finem tunc malum
sit bonum / Responsio ad predicta intelligen-
dum est quod quatuor modis aliquid de-
citur sanum relative aut subiective ut
urina de sano aut dispositive ut
potio de sana aut ostensive ut v-
rina sana sic aliquid ordinatum de-
citur aut sic ordinis susceptivum
aut sic dispositivum aut sic osten-
sivum sic susceptivum non est aliquid or-
dinabile nisi quod est ens et natura aliqua
et ita malum non est ordinabile nisi
ratione accidentis scilicet per bonum subiectum sic
dispositivum malum est ordinabile sed
non sic dispositio penalis sed culpalis
Duplex enim est ordo scilicet nature et iustitie
ordo nature est institutus / ordo iustitie
est adquisitus malum autem privat ordi-
nem specialis nature et illum privando
manet in ordine iustitie quia

ostendit / unde ratio ordinandi sicut
dispositis in ordine est intus vel de-
incertus sic quasi malum est ordinabile
et ordinatum quia manifestat ordinem bo-
norum per oppositum quia opposita iuxta se posi-
ta magis elucescunt / rationes igitur pro-
bantes quod malum sit ordinatum per contra-
rium ordinem iustitie et veri dispositionem
et custodiam / ad illud aliud quod obicitur
quod malum est privatio ordinis dicendum quod
verum est particulariter non sed ut est rerum
prout ordo dicit dispositionem alicuius particula-
rie de quo dicit Boecius ordo cuncta com-
plectitur quo fit ut si quis ab assigna-
ta sibi ordinis ratione discesserit iure
sit ut in aliam dicam relabatur quia in
potentia indifferentia complectitur cer-
tum / ad 3 quod obicitur esse ordina-
tum presupponit esse dicendum quod verum est
in eo quod per se et in se ordinatur malum
autem non ordinatur per se nec in se et
ideo non oportet quod ipsum sit sed sufficit
quod aliud sit in quo substantificetur
malum et hoc non est bonum ut dicit
Boecius / ad 4 quod obicitur quod ordina-
bile est potentie ordinanti dicendum quod est potentie
sine esse potentie dicitur duplex aut potentie
producenti aut providenti et quamvis ma-
lum non subsit divine potentie producenti sub-
est tamen providentie / ad illud quod obicitur
quia ordinatione est ordinabile dicendum
quod ordinatione ad finem sed hoc est so-
lum quia per se et ideo non sequitur quod
malum sit bonum sed quod ex ipso sequitur
bonum posset tamen dici quod quamvis ma-
lum non sit pulchrum tamen illud in quo
est pulchrum et locum et ordinem pulchrum tenet

Sexto et ultimo queritur utrum ma-
lum sit de complemento universi
et quod sic videtur. Augustinus xxxiii contra

malum bonum est et contra mortem
vita etc. intuere in omnia opera al-
tissimi sic duo contra unum opposito sic erunt
ad decorem et in complementum uni-
versi ergo malum / Item Augustinus de civitate
dei loquens de malis que ad sinunt
a deo dicit quod deus universum
ipsi quibusdam antithetis hone-
stavit et complexit in sermone
et in picturis. In sermone sicut apostolus
dicit 2 Cor. 6 per gloriam et ignobi-
litatem et in picturis sicut patet sicut
pictura alba cum colore nigro
suo loco posita pulchra est sic
universum cum malis ergo malum
sic hoc decorat universum sed quod de-
cet est complementum universi ergo etc.
Item ratione videtur quia sicut malum est
privatio boni ita silentium est pri-
vatio vocis et sompnus vigilie sed
ad pulchritudinem et decorem sermonis
utile est interponi silentium et ad
pulchritudinem et decorem alicuius utile est
alicui vigiliis interponi sompnum ergo ad
pulchritudinem decorem universi utile est
bonis interponi mala / Item universum
est conditum ad dei manifestationem
sed in operibus dei maxime mani-
festatur iustitia et veritas sed si mali
non fuissent neque iustitia et veritas
sed si malum non fuisset neque misericordia
neque veritas perfecte ita manifestaretur
sicut manifestatur in Christi incarnatione et
peccatorum remissione et redemptione ergo
non esset universum completum / Contra
Gen. 1 vidit deus cuncta que fe-
cerat et erant valde bona et non
fecit mala constat ergo absque ma-
lis erant omnia valde bona in

universo. sed universum non esset
valde bonum si deesset ei perfectio.
nunc quod deesset ei malum videtur
quod malum non sit de eius perfectione.
Et Augustinus in fine de li. arb. loquendo
de perfectione universi sic ait quemadmodum
niger color in ratione melius ornatur.
ut sciant opificem omnium fecisse
si quod non fecit in dominio malis
sed sine malis quod in dominus sine
malis erat perfectione completum
malis. quod malum non est de perfectione
universi. Et ratione est quia
albius est quod est nigro permixtum.
sed si modo nullum esset malum
tunc universum sed esset malis permixtum
permixtum. quod melius quod perfectum
quod ordinatio mali non est de
perfectione universi. Et bonum
et pulchrum sicut dicit Dionysius idem sunt.
quod idem est perfectio boni et perfectio
pulchri. quod malum deturpat et
facit non spectat ad pulchritudinem
sine decore. quod nunc malum sine
mali ordinatio. Respondeo ad hoc quod
circa hoc diversi diversa senserunt.
Dicunt enim aliqui quod est loqui
de malo ut est in potentia facientis
et ut est in opere sine in facto. Si
loquamur ut est in potentia facientis
sic volunt dicere quod posse malum
facere erat de perfectione universi.
quod status quod creatura debebat facere
quae posset peccare et posset abstinere
ad hoc quod universum plene perfectum
esset sicut in libro de libero arbitrio
dicitur. Si loquamur de malo ut est
in facto esse sic dicunt quod nullo modo
spectat ad complementum universi
nec per se nec per accidens. Sed alii
auctores dicunt contrarium quod est

ordinatione mali ad bonum quoddam
decor resultat sicut dicit Augustinus. quod
per se oportet aliter dicere. ideo dicunt
alii quod decor universi constat quod idem est
substantialis sine quo universum ad esse idem ac
accidentalis sine quo universum ad bene esse. Quantum
tamen ad primum decorem mala non sunt
facienda nec per se nec per accidens. Sed quantum
tamen ad aliquem decorem accidentalem
mala bene ordinata faciunt. Non quod
mala sed quod ordinata. et non per accidens
deus ordinavit. et illo decore caret
secundo ad hoc erat in universo decor et
perfectio quibus sine decorem non haberet
ad sine decorem faciunt mala non
ratione sui sed ratione sibi quod ordinatur
in pena ad divine iustitie manifestationem.
vel ratione oppositi quod decor
magis elucescit quod presentia mali sicut
opposita iuxta se posita magis elucescunt
elucescunt sic generaliter dicitur. vel ratione
boni eliciti. Multa enim bona deus
facit et facta sunt quae non essent facta
si peccatum non extitisset. Circa secundum sunt
illa quae gesta sunt in nostra reparatione
ratione. Si sine hiis omnibus esset
completum. Si vero quantum erat tunc
decor pulchrior quam nunc sit. Prudentia
potest quod sit sicut ... concordantia et con-
tingentia. sicut duo faciunt ... quorum
una similia est maior in altera
est (circa) ... aliqua bene sunt quae tunc
faciem reciperent. et si velit potentius
quoniam decor magis crescit. potest
dici sine preiudicio quod decor quantum
est et bonum quod est ratio divina
eliciens bonum quod malo perfectum est
malo. et ideo bonum quod inde elicitur
prevalet bono quod malum corrumpit.
et ideo plus valet universum sicut nunc

quod valuisset, tunc in quo nunc uno
comederet sapida ceteris ... in
benedictione cerei pascalis O felix culpa
que talem meruit habere redemptorem
Ad 2m est de religioso sancto qui frangit
et eligit solo ... vel amore
quod melior est quam possim an non
bone facientis ... religionis et si ...
procedas a me nunc melius valerent
si omnes essent boni, quia si quidam boni
et quidam mali, dicendum quod sicut dicendo si
homo stetisset non pervenisset plures
ad celum superna quam sic pervenerunt
sunt enim mali ... quod habundanti
sunt ... in ... et concedendo
quod ordinatio mali facit ad
complementum ... sic probant ra-
tiones ad primam partem inducte sed
ad complementum sive ad decorem ...
... nec per se faciunt ... per accidens
per se ... ad malum sic ille rationes
... videtur quod obiicitur ad primam
partem per se ... in peccatoribus. dicendum quod
non est ... quod ille peccatores non
sunt aliquid addentes vel au-
ferentes aliquid de bono vel pulcro
malum tamen aufert. ideo patet illud.
Ad 4 quod obiicitur quod non manifestarentur
... et iustitia. dicendum quod quamvis non
manifestarentur in actu manifestarentur
tamen in sua origine, quia cum deus
in se cognoscit videt nullo ... ...
... quod deus deceat agere et pos-
sit. et ... ... et ita ... et
iustitiam patet ... tamen ... o-
stenderent in supererogatione et iustitia
in retributione. licet non ita ... ut
nunc in opere

In parte ista sunt dubitationes circa
litteram et primo de illo verbo Augustini
quod usque adeo esset omnipotens et bo-
nus ut benefaceret etiam de

malo. videtur enim indebito modo
loqui quia malicia est privatio ergo
non est in bono. si dicas quod ac-
cipitur ratione subiecti. scilicet de ma-
lo id est de illo qui est malus facit
bonum. contra hoc nichil est aliud
quam malum destruere. quod hoc ergo
non habet quod deus debeat ma-
la sive non cum sit ... destrui
... dicendum quod de nichilo est ibi ...
nec ... sed ordinale. quod dicit de
malo facit bonum quod per malum
facit bonum ordine ... a ma-
lo ... obicit ... si hoc quod est
de ... ... sive malitia
... de hoc quod dicit quod ma-
lum sic ordinatum et suo loco
positum. videtur enim male loqui quia
... non est ... localiter. Si tu
dicas quod est locum ratione subtra-
cti contra locus debitus et ...
... ... est gloria ergo malum
locatur in gloria. dicendum quod ad dicere
... sunt locum penalem ...
... et partem ... et vilitatem
... loci et debet ... ...
sed ... vilis est. debetur de-
formitati culpe et ita malum lo-
catum est et ... scilicet locum ratione
subtracti ... bone ...
... de hoc quod dicit. Si qui
... ... et ... ...
... facit ... in bonum.
... videtur quod mala ... sive
cooperentur contra mali est bonum cor-
rumpere. ergo nullo modo est in bonum
cooperari sive conferre. dicendum quod
conferre sive cooperari in bonum ad
alium per ... adiuvando
ut ... vel ... vel exortando ut ... et ...

ferunt que excitant ad amorem
dei sive fugiunt et impellunt sicut
dicit glossa. vel obsistendo sicut aqua
calida frigida congelatur. quia dum
resistit vigoratur aqua contrarium et
malum dicitur cooperari. vel quia fa-
cit hominem ad bonum magis excitari
vel magis. quia dum obsistit homo
fortaliter vigoratur virtus gratie et fer-
vescit. Tertio queritur de hoc quod
dicit. quod angeli arguunt a minori
videtur enim secundum dictum quod locus a mi-
nori non est destructivus. sed positivus.
secundum quod arguit non est destructivus sapi-
ens non potest facere hominem deteriorem
ergo nec deus. ergo non est a minori
Respondeo dicendum quod licet locus iste non
est a minori proprie loquendo sed a
maiori quia non dicitur ibi minus vel mi-
nus sed id quod minus videtur in eo.
magis autem videtur quod homo possit
facere malum quam deus. sed sapi-
ens homo non potest. ergo nec deus
et ita est a maiori locus. Nichil-
ominus autem potest dici quod est a minori
sed reducitur ad rationem affirmati-
vam sic minus videtur quod impos-
sibilitas faciendi malum insit ho-
mini quam deo. quia sapiens magis
sapiens est in minus faciendo a-
liquem deteriorem. ergo multo fortius
deus. Tertio queritur de hoc quod dicit
est culpa in sapientem cadere negat
videtur enim secundum quod sicut se habet sapientia
ad ignorantiam ita virtus ad culpam.
ergo permutatim sicut virtus ad ignorantiam
ita sapientia ad culpam. sed virtus simul
stat cum ignorantia. ergo sapientia stat
cum culpa. Respondeo dicendum quod sapientia uno modo
dicitur cognitio veritatis. alio modo dicitur
cognitio veritatis et nobilissima quia
per causas altissimas. Et hoc modo est cognitio

veritatem et nobilem et sapidam. Tertio
sapientia vero dicit aliam cognitionem quia
religionem continent sive cultum secundum
quod dicitur quod pietas ipsa est sapientia sive
theosebia et hoc consistit dicit Augustinus
in fide. spe et caritate et hoc modo
claudit in se virtutem et ita opponi-
tur culpe et patet responsio. Tertio queritur de
hoc quod dicit. quod deus non est causa
tendendi ad non esse. videtur enim secundum
dictum quod in canticum deuteronomium dicit ego occidam
et ego vivere faciam. percutiam et ego sanabo. ergo
videtur enim mores sit corporis ten-
dendi ad non esse. quod deus sit causa
causa. Respondeo dicendum quod non esse non appel-
latur hic per privationem qualiscumque esse
sed nullius quod diffinit boetius dicens
esse est quod ordinem retinet servatque
naturam et ad illud esse quod hic est
opponitur deus non deducit. nec autem
obicit de esse naturali vel potest dici quod lo-
quitur secundum naturam instructivam secundum quia dicitur
deus mortem non fecit. quod autem dicitur
quod ipse occidit. hoc est secundum penam corporis
iustitie. hoc tamen in secundo melius dicetur.
Tertio queritur de hoc quod dicit. quod malum
est tendere ad non esse. videtur enim male
dicere quod si tendit ad non esse. aut est
dicitur quantum ad esse aut esse gratie. si naturale
ergo malum corrumpit naturam quod est contra
dyonisium qui dicit quod malum nichil cor-
rumpit existentium in eo quod existentia
vel natura. Si autem intelligatur quantum
ad esse gratie hoc planum esse videtur.
quia per veniam culpam non remanet
esse gratuitum secundum aliquid sine quod totaliter
per mortalem expellitur culpa. ergo non
tendit ad non esse sed iam est in non. Respondeo
dicendum quod in homine iusto et bono est
triplex consideratio cum eius licet nam
primum ordinatum est considerare

esse nature et ordinabilitati ad
graciam que quodam nomine dicitur habilitas
et ordinem gracie sive gracie ordina-
cionem. malum vero per se loquendo cor-
rumpit ipsam ordinabilitatem et per hoc
elongat a gracia et facit tendere ad non
esse. et quia habilitas numquam omnino tol-
litur salva natura ita nec corrumpitur
semper malum facit tendere ad non
esse ita quod numquam est in termino. Tercium
queritur de hoc quod dicit Ambrosius. Verum
a quocumque dicatur a spiritu sancto est. Vi-
detur male dicere quia hoc est verum
quod cum detractor detrahendo frequen-
ter dicat a spiritu sancto ... dicit
multa vel dicit ... de verbo illo
obiectum dicit dominus Ihesus nisi in spiritu
multa cum peccatores hoc dicant tota
die. Item veritas appropriatur filio. quare
magis debebat dicere Ambrosius quod
omne verum est a filio. Respondeo dicendum quod
aliquid dicitur a spiritu sancto illustrante intel-
lectum et movente affectum et illud
est verum et bonum quod dicitur verum ali-
quid quod caritate a spiritu sancto move-
te affectum sed non illustrante intel-
lectum sicut dicit apostolus se iturum
ad hispanos ... sed tamen in
dicendo meruit quia caritas move-
bat eum hoc dicere. Ad ... dictum
a spiritu sancto illustrante intellectum sed
non rectificante affectum et id potest
esse malum et tamen verum ... dicere
quod ... utrumque includit. et dicitur
a spiritu sancto et in spiritu sancto et ita intelligitur
apostolus. Ambrosius autem large dicit
etc. patet ... obiectio quod veritas ap-
propriatur filio ... cum quod spiritui
sancto appropriatur inspiracio vel ...
... quod hoc non dicitur tamen

... appropriatum vel si appropriatum
hoc est racione doni.

Voluntas quippe — d. xlvi

Dei semper efficax est. Super-
remouit magister dubitationes
ex quibus videbatur voluntatem dei aliquando
impediri. Hic determinat veritatem
ostendens voluntatem dei semper esse
efficacem et numquam impediri. Et hoc
dicta est quatuor partes. In prima auctoritate
Augustini ostendit voluntatem dei semper
esse efficacem et numquam impediri.
In secunda ostendit quod hec intelligitur de
voluntate signi distinguit voluntatem
ut ostendit hoc est dictum de voluntate
beneplaciti ibi verum ut supra dictum
In tercia magister ostendit quod contra quan-
dam voluntatem signi non potest fieri
ibi multa enim fiunt contra dei preceptum
In quarta vero epilogat breviter pre-
terminata et hoc ibi ex predictis liquet
quod voluntas dei que ipse est etc.

Ad intelligenciam eorum que di-
cuntur in hac parte quatuor queruntur.
Primo queritur utrum voluntas beneplaci-
ti possit impediri. Secundo utrum aliquis
possit facere contra voluntatem signi. Tercio
utrum deus debeat mala permittere
fieri. et ultimo utrum deus possit
mala proponere

Quod voluntas beneplaciti non
possit impediri. ostenditur primo
auctoritate Ecclesiastici ... domine deus
... resistere voluntati ... non. Item
Romanorum. voluntati eius quis resistit.
Item super illud i Thimothei volo qui vult omnes
homines salvos fieri. Glosa. rogandus
est ut velit quia si vult necesse est fieri.
Item super illud ... dominus in omnibus
operibus suis. Glosa capitulo decimo etc.

est velle quod facit sed non potest im-
pediri nec volet quod ille volt quod
volt ergo non potest impediri nec fiat
Item omnis voluntas que potest impediri
potest superari sed divina voluntas su-
perari non potest cum sit suprema ergo
divina voluntas non potest impediri / Item
omnis causa que impeditur a consecu-
tione sui effectus aut deficit aut
mutatur sed divina voluntas non
deficit nec mutatur nec potest deficere
nec mutari ergo etc. / Item nobilius a-
gens est nobilior causa que non
potest impediri quam que potest sed divina
voluntas est summa et suprema causa
omnium ut supra iam dictum est ergo etc.
Item omnis causa cuius effectus contin-
genter evenit potest impediri nam
si non potest tunc effectus eveniret
necessario sed divina voluntas est huius-
modi quod est multorum contingentium alioquin
aut nichil hoc esset contingens
quod est contra argumentum libertatem et con-
silium et casum aut deus non esset
illorum causa quorum utrumque absurdum
est ergo etc. / Item omnis causa que per aliud
agentem completur si completur potest
per illam deficientem impediri si a
concursu deficit hec causa per se non tamen
sed divina voluntas est huiusmodi nam deus
volt multa fieri per causas secundas que si
fiant sine ipsis sicut generatio hominis
asini etc. similia pluraliter de hiis que
sunt ab opere nostro et hec possunt
deficere ergo divina voluntas impediri
Item omnis causa cuius virtus se extendit
ad extremum voluntatis potest aliquid velle
quod nolit sed divina voluntas est huiusmodi
aliquid enim volt deus ut istud deter-
minari cuius oppositum potest hoc enim esse
alioquin non esset omnipotens potest ergo
facere oppositum eius quod volt.

sed omne possibile possibile ponatur
ergo quod deus faciat oppositum eius
quod volunt. si hec voluntas dei est
frustra et impedita ergo etc. / Item voluntas
volt aliquid quod deus vult ipsam velle
aut ergo potest velle contrarium aut non potest
si potest ergo divina voluntas potest impe-
diri si non potest ergo nostre est liberta-
tem eius auferri / Responsio ad intelligen-
tiam predictorum notandum quod secundum Jo. Da-
mascenum voluntas beneplaciti duplex
est scilicet antecedens et consequens sive conditionalis
quia volt quantum in se est omnium salu-
tem et absoluta qua determinate volt
aliquem quod non intendimus evenire.
Intelligendum est ergo quod nullam dei vo-
luntatem possibile est superari nullam pos-
sibile est cassari aliquam tamen ut an-
tecedentem possibile est non impleri
aliquid ut consequentem non est imple-
re impossibile est impediri nullam in-
quam possibile est superari nam si homo
non faciat quod deus volt quantum
in se est sine voluntatem antecedentem
deus facit de ipso quod volt voluntate
consequente et ita semper impletur vel de
homine vel ab homine etc. impossibile
vincitur vel superatur. nec etiam
possibile est voluntatem dei cassari nec
cassum dicitur aliquid dum parat effe-
ctum propter quod ad quem est voluntas aut
nulla format effectum ad quem est prece-
Nam quod dicitur quod deus volt omnes
homines salvos fieri quantum in se est
hec voluntas non caret salute
nec prestare est ad effectum salutis sed de-
notat ordinacionem nature sine ulla
ordinabilem ad salutem sed nichil
plus est dicere deus volt istud sal-
vum fieri quantum in se est quia quod

~~deo placuit naturaliter dare isti~~ per
quam posset pervenire ad salutem
et quod deus habuit eternaliter ita quod
salus non desiit propter defectum a par-
te dei. Unde non cessat quod hic perve-
niret effectum. De voluntate autem absolu-
ta planum est quod non potest cessari quod omnem
effectum suum ponit nec umquam remanet
nec incompleta cum istis. Unde patet
voluntatem dei nullo modo posse superari
neque cessari. Tamen voluntatem abso-
lutam necesse est impleri. Contra ordina-
lem vero numquam. Sed attendendum quod est
necessitas consequentis et necessitas consequentie sicut
supra dictum est de prescientia quod ipsa non
habet necessitatem consequentis sed consequentie
quod infallibiliter infert et sequitur deus pre-
scit hoc ergo hoc erit. Sed tamen non ne-
cessario prescit quod in actu prescienti
respicit non tamen effectum contingens.
Sic in voluntate intelligendum quod vo-
luntas dei absoluta connotat even-
tum rei et ideo est ibi necessitas con-
sequentie sed non consequentis quod non mutat
eventum rei. Immo vult deus quod
eveniat quasi contingens. Unde sicut
prescientia quia infallibiliter infert effectum non
potest falli, sic nec voluntas absoluta
quod infallibiliter infert non potest impediri
nullo cum necessarium est impleri. Voluntatem
vero ordinatam non necessarium est omnino
impleri nec necessitate consequentis nec
necessitate consequentie quod non connotat even-
tum rei sed connotat illud quod est
ordinabile ad eventum ut predictum
est. Unde bene sequitur vult istum sal-
vari voluntate absoluta ergo iste
salvabitur. Numquam enim vellet nisi pa-
riter presciret eum esse salvandum.
De voluntate vero ordinata non

~~dictum est non sequitur. Si ergo~~
obiciatur quod voluntas dei est neces-
saria in se et infallibiliter infert effectum
ergo quomodocumque ponit illa ponit neces-
sitatem. Dicendum quod quamvis necesse sit de-
um velle et volitionem eius esse
in actu tamen comparatio eius est ad
futurum contingens et ideo effectus // contingenter
~~eveniunt. [illegible]. Item quod~~
~~[illegible]~~
preceptum est malum et contra legem nature
ergo etc. Si dicatur quod non est malum
secundum se et ideo potest fieri bene obicitur
quod precepit Abrahe occidere filium suum
innocentem et quem sciebat innocentem
Gen. xxii et hoc est malum secundum se ergo
videtur quod deus possit precipere malum.
Et respondetur videtur quod deus est super
omnem legem ergo in omni mandato
potest dispensare ergo potest omnia precipere
et prohibitionem contraria precipere. Item
plus distat non ens ab ente quam
malum a bono sed deus solo imperio
voluntatis de non ente facit ens ergo
solo imperio voluntatis de malo facit
bonum ergo potest precipere mala ut videtur.
Contra. Preceptum est signum divine voluntatis
ergo aut est falsum signum quod non sufficit
deum velle quod precipit aut
deus vult illud. Si deus vult ma-
lum est malus. Si non vult et precipit
est falsus et utrumque est impossibile apud
deum. Ergo etc. Item potius obediens
divino precepto debet puniri. Ergo si de-
us potest malum precipere potest malum
committere sed malum remanere
impunitum est contra divinam iustitiam.
Ergo deus potest facere contra se ergo se abne-
gare sed hoc est impossibile ergo etc.

Ad illud quod secundo obicitur quod potest impedi-
mentum sit causa contingens, dicendum quod sic-
ut dictum est quod quamvis comparatio divine
voluntatis sit ad futurum contingens tamen
comparatio divine voluntatis ad volitum
et eventus voliti se nullo modo commit-
tunt sic enim contingens aliquid et cetera
non potest impediri. tunc non impe-
ditur causa quia immediate comparacione
et ordinacione eius ad effectum
effectus non eveniet. Quod ergo
proponitur omnis causa cuius effectus
est contingens potest impediri, falsa
est propositio. et sit instanciam si effe-
ctus nullo modo committit et respiciat
ad eum et hec est instancia in propo-
sito. Ad illud quod obicitur quod potest impe-
diri propter defectum cause cooperantis
dicendum quod sicut divina voluntas sine di-
vinum velle connotat effectum ita
connotat existenciam cause cooperantis
unde non dicitur deus vult istum sal-
vari non est sensus quod velit in
omnibus eventibus sed quod vult istum
salvari et vult istum salvari velle.
unde sicut divina voluntas connotat suum
effectum eveniendum et ideo nullo modo sequitur
effectus ad ipsam ita connotat cum
cooperacionem concurrere. et ideo nullo modo sequitur
si deus vult istum salvari quod ille
non velit. et ita nunquam deficit sic
nec effectus. et ita nunquam impeditur
Ad illud quod obicitur quod deus potest
oppositum eius quod vult, dicendum quod divina
voluntas non artat potenciam in possendo
unde plura potest quam velit, artat tamen
potenciam in agendo. nunquam non potest agit
aliquid nisi quod vult et impossibile est
quod actio superexcedat voluntatem unde
nichil potest facere nisi quod potest velle.
Quod quidem dicitur quod potest contrarium sic vo-
potest intelligi dupliciter aut voluntate
in composite ad contrarium et tunc non repu-
gnancia voluntatis ad potenciam et hoc est
impossibile aut voluntate non in composi-
te. et tunc non notatur impedimentum
nec repugnancia. sed voluntas libere
potest quare ita potest hoc quod eius oppositum
ita non vult hoc quod potest velle eius
oppositum absque sui mutacione sicut
supra dictum est de prescientia. et racio hec
est quia uno et eodem vult quidquid
vult. Ad illud dicendum quod voluntas
dei secundum generacionem ad presciam vult
illa que vult, unde sicut prescia
ambit totum velle et posse et agere
et non potest falli ad non subtiliter
do quia rei eveniendis sic eos in
proposito intelligendum

Secundo queritur utrum aliquid
possit fieri contra voluntatem signi
et quod non videtur quia signum et signa-
tum conformari debent ergo quod sit
tamen unum sit contra reliquum. ergo si
non potest fieri contra signatum nec contra
signum. aliquin si potest contra signatum
et non contra signum, tunc est falsum
signum. et si non signum dicat sicut si-
gnatum, sequitur quod sit contra ipsum et
contra signatum. Item unum inter
omnia signa est permissio tamen potest
respectu mali ad quod nomine ordi-
natur beneplacitum dei. ergo si nomine
ine accedit ad voluntatem benepla-
citi, si non potest fieri contra permissionem
multo magis contra a. sed non potest
fieri contra permissionem sic dicit magister
in textu et augustinus de civitate xx sic
nullus homo agit recte nisi ad-
iutus divino auxilio sic nullus
homo atque demon agit inique
nisi eodem divino atque in se ipso

permittere mediate. Et potentior est
voluntas cui non potest resisti nec
in re nec in signo quam cui potest
in signo saltem. Et si non in re,
sed deus est potentissimus, ergo videtur
quod nec voluntati eius nec signo voluntatis
possit resisti etc. Contra. Inter omnia
signa voluntatis praeceptio sive im-
perium est potentissimum, sed fieri potest
et fit contra ipsum contra divinum manda-
tum, ergo contra omnia alia. Et videtur
quod specialiter contra permissionem, quia permis-
sio non est nisi mali culpe, sed
malum culpe non est malum nisi
voluntate fiat, et si voluntate fit
potest non fieri. Ergo permittere deo ali-
quem male facere potest non facere,
ergo potest facere contra permissionem. Item
simpliciter potest contingere [illegible] ad argu-
mentum et alio glo. [illegible] quod idem sint
praeceptio et permissio scilicet asportatio va-
sorum, ergo non possit fieri contra prae-
ceptum, pari ratione et contra permissi-
onem et contra alia pro [illegible], ergo est
contra voluntatem signi. Responsio. Dicendum
quod contra aliquod signum divine voluntatis
potest fieri quantum ad [illegible], et ratio huius du-
plex est ex duplici modo distinguen-
di signa. Quedam enim sunt signa
respectu preteriti ubi impletio et permissio,
quedam respectu futuri ut praeceptio et consi-
lium et prohibitio, et quia de preterito quod
sit impletum est in preterito non fieri
[illegible] quod est [illegible] esse. Et
respectu signorum de preterito non potest esse
resistentia, quia si sit resistentia
iam non sunt preterita, quia vel fu-
tura vel facta preterita non fieri. Ideo
quantum ad signa tria sequentia resi-
stentia potest esse. Alia ratio sumitur
sumitur alio modo distinguendi, quia

quedam sunt signa divine voluntatis
absolute, quedam conditionate. Dico
igitur quod quia est voluntatem absolutam
non potest fieri, nec potest eadem fieri
contra signa voluntatis absolute,
ut puta sunt impletio et permis-
sio [illegible] voluntatem conditionatam sive
conditionatam potest fieri, quia potest hoc di-
cere ab extremo (?) ad quem ex sui
institutione ordinatus est, tale est quod potest
fieri contra voluntatem signi que [illegible]
[illegible] scilicet contra praeceptum et
consilium. Ad illud ergo quod primo obicitur
quod contra nullum potest fieri, et patet solutio
quod non sunt talia. Ad illud quod
obicitur quod minimum est permissio, dicendum
quod maior signo vel minor nichil
facit ad hoc, sed principalitas effectus
vel eius quod signat voluntatem absolu-
tam que aliquis dicitur absolute.
Ad illud quod obicitur quod potentius est quod
contra quod signum non potest fieri, dicendum quod
verum est quia voluntas vult omne
quod nichil fiat nisi quod credit se velle,
sed divina voluntas non est talis, immo
vult quod unusquisque habeat propriam liber-
tatem et faciat quod vult [illegible] et po-
testatem contra divinam voluntatem est de
divina voluntate, et ideo non esset potentior
propter hoc. Vel distinguendum quod posse
fieri contra signum voluntatis [illegible]
est contra voluntatem et attestatur im-
potentiam, aut posse id est a voluntate cuius est
signum, et non attestatur impotentiam sed
magis potentiam. Ad illud quod obicitur quod
[illegible] fit contra praeceptum quod est
maximum signum, solutio est per in-
terpretationem quod non est maximum signum
[illegible] nichil facit ad propositum,
sed principalitas in effectu et abso-
lutio in signato. Ad illud quod

obicitur quod sit contra permissionem et quod
peccator sit non peccare. Dicendum quod deus
non dicitur permittere peccare nisi eum qui
actualiter peccat deum peccat et hunc
impedire [illegible] cum non peccare. Ad illud
quod ultimo obicitur quod ibi sunt idem
preceptum et permissio, dicendum quod permissio
multis modis accipitur in scriptura.
Primo modo vel permissio non prohibere
sic deus permittit malum quod non co-
hibet et hoc modo est signum voluntatis
divine distinctum contra preceptum. Alio
non punire specialiter. Et sic libellum
repudii permitti Matthei xix. Moyses
ad duriciam cordis permisit. Tercio
non prohibere post creationem et nolite
peccare, glosa permittit quod nondum est
non prohibet. Quarto modo permittere est
minus bonum indulgere. Sicut prima ad Corinthios
vii hoc autem dico secundum indulgentiam
etc. glosa permittit.

Secundo queritur utrum deus debeat
mala permittere. Et quod sic videtur
Job xii. Habundant tabernacula predo-
num et audacter provocant deum, cum ipse dederit
quod omnia in manibus eorum [illegible] sinat. Item
deus debet conservare ordinem quem
